




ΜΟΥΣΩΝ ΑΝΘΗ

SIVE

SELECTA

POETRIARUM GRAECARUM CARMINA

ET

FRAGMENTA



EDIDIT,

EARUM VITAS, ANIMADVERSIONES

ET INDICES

ADIECIT

A. SCHNEIDER.

GIESAE

TASCHE ET MÜLLER

MDCCCII.



HEYNIO

VIRO SVMMO

MERITIS INGENIO

DOCTRINA NOMINE

ET HVMANITATE

INSIGNI



D. D. D.

AVCTOR.

V I R

ILLVSTRIS ATQVE AMPLISSIME,

Sacra ferebat gentium antiquissimarum consuetudo, vt tenues e floribus vernis necterent corollas, iisque templorum foribus affigendis, vel signis deorum imponendis, pietatis haud fucatae religionem significarent. Veterum autem in deorum cultu rite

obeundo ſimplicitate grata delinitus, hunc ipſum priſci temporis morem imitaturus, cuius caput ſerto, e floribus ſub Helladis coelo nutritis contexto, redimirem, cui animum amoris integerrimi et pietatis ſummae ſenſibus perfuſum declararem, praeter Te, Vir Illuſtris, nullum inueni. Non ſolum commodorum, quae ex eruditionis Tuae copia, fonte veluti perenni in me redundarent, vbertate Tibi, cum quo coram colloqui fortuna

mihi inuidit, teneor obstrictus, non terra solum patria Tibi iunctus, Tuus sum; sed multo magis nominis Tui ac meritorum summa veneratione. Quantum enim in literarum humanitate exegi temporis, Tibi vixisse, et summum Tui amorem mente concepisse, publice nunc profiteor; et quidem eo lubentius, quo magis Te conatuum ac studiorum meorum sapientissimum moderatorem amo, diligo, veneror. —

Accipias ergo, quos Tibi pono flores, amoris ac pietatis testes, suscipias, quos Tibi consecro, exiles laborum meorum fructus fronte serena, neque tenuia spernas dona, quae venerabundus Tibi offero

Nomini Tuo

Illustri atque Amplissimo

addictissimus

A. SCHNEIDER.

LECTORI

S.

A quo inde tempore maiorem cum literis atque Graecorum inprimis deliciis contraxi familliaritatem, foeminarum poëseos olim laude illustrium carmina omnium curis destituta, et obliuionis nocte oppressa ac veluti sepulta videre, non sine magna mentis commotione dolui. Etenim si a Meleagro, quem primum Sapphus, Erinnae, Nossidis, Myrus et Anytae flores collegisse et στεφανῳ suo intexuisse nouimus, et reliquis post eum Anthologiae conditoribus, quos graecarum quoque poëtriarum carmina et lusus huc illuc dispersos collectionibus suis inseruisse scimus, discesseris, vsque ad Vrsinum

neminem facile reperies, qui fragrantes hosce Helladis flores vndique decerpens colligeret, ſinu foveret, atque ſacram ex iis necteret coronam. At illum ipſum, quem modo attuli, Vrſinum minime omnia vatum graecarum carmina et fragmenta ſylloge ſua comprehendiſſe, atque haec pauca ſubiectis veterum ſcholiis et recentiorum annotationibus mancis iis ſaepenumero atque ieiunis, illuſtraſſe, compertum habemus. Plura igitur eaque maiora grati accepta referimus Doruillii, aliorumque de Anthologia graeca optime meritorum curis, quas in textu, ope critica ſanando, et iuſta locorum difficiliorum interpretatione verſatas eſſe, laeti agnoſcimus. Quorum quidem ſtudiis ſubleuatus, et criticis praeſidiis exſtructas primus poſt Vrſinum extitit Wolfius, qui non modo carminibus Sapphicis, ſed nouem quoque illuſtrium foeminarum, aliarumque, quarum vel aetas incerta, vel non tanta eſt nominis fama, epigrammatibus et fragmentis vndique corradendis, nouam, plenam atque abſolutam pararet collectionem. Verum enim vero, quo magis voluit lectorum vſibus inſeruire, quo magis emendationi textus et verborum explicationi conſulere, eo minus tamen noſtrorum temporum

ingenio probari, libere profiteri minime vereor. Quos enim sedulo congessit flores, vel animaduersionum Obsopaei aliorumque frigoribus contacti marcescunt, vel solo materno nudati tabescunt, vel ita criticorum horrent asperitate, vt, cum per Helladis violeta ambulare, atque eorum suffitu animum mulcere opineris, via virgultorum perplexitate impedita per deserta rubeta saucio pede tibi incedendum sit. At, veluti per Arabiam, petrarum cautibus horridam, in felicem, et opibus ac fertilitate affluentem trames deflectit, ita nos a Wolfii pigro campo, Reiskii quidem aliorumque conatibus paululum subacto, ad laetos Brunckii et Iacobsii hortos oratio deducat.

Cel. Iacobsius postquam in Prolegomenis, animaduersionibus suis in Anthologiae graecae epigrammata praemissis, de Brunckii Analectis docte, accurate et eleganter disseruisset ad sectionis XIII. calcem singula quaeque in vnum colligens, haec addit:

„Summa totius disputationis eo redit, Brunckium in Anthologia adornanda bene de literis

meruisse, quod maiorem epigrammatum numerum, quam quisquam ante eum, collegerit, plurima primus ediderit; eum tamen hanc rem integrioris codicis praesidio destitutum ad finem perducere non potuisse; textum autem dedisse innumeris in locis egregie emendatum et expolitum, fere vbique elegantem et laeuigatum, sed minime integrum et genuinum; fidem eum denique editoris non praestitisse, nec membranarum lectione diligenter commemorata, nec, qua auctoritate quidque mutatum sit, rationibus redditis.

Interpretationem Brunckius omnino non attigit. Multum tamen minimo labore in hac quoque parte lectores adiuuisset, si eorum saltem epigrammatum, quae a veteribus ad historiam, ad mores, ad antiquitatem illustrandam laudantur, sedes indicasset. Hoc enim indicio magna istorum carminum pars egregie illustratus, quae sine eo obscurissima est. Fecit hoc in quibusdam, non tamen in omnibus, nec vbique."

Quo aequiorem vero Cel. Iacobsius sese exhibuit editionis Brunckianae iudicem atque aestima-

torem, eo ſemet ipſum praeſtitit Anthologiae graecae editorem ipſo Brunckio elegantiorem, et luſuum nitidiſſimorum feliciſſimum ſoſpitatorem. Non ſolum enim codicis Vaticani, Anthologiam Cephalae et alia carmina complectentis, apographo, quod Ioannes Spaletti diligenti manu exarauerat, ſed reliquo etiam apparatu critico ad hanc rem pleniſſimo exſtructus, ad opus magnae molis ac difficultatis acceſſit. Fontes textus Brunckiani ſedulo inueſtigauit, atque commentarium pleniſſimum vberrimae lectionis et eruditionis copia diſtinctum feſtiuis poëtarum graecorum carminibus ſubiicere incepit, vt talem Anthologiam rurſus vnquam nacturam eſſe interpretem deſperandum eſſet.

Tantorum nominum ſplendor atque auctoritas haberet profecto, quo me, nouam terſiſſimorum carminum, quae graecae vates cecinere, editionem paraturum, Iliadem poſt Homerum ſcribere incuſarent, niſi alia adeſſent plura ſane et grauia, quae me ad hunc laborem ſuſcipiendum impellerent, et veluti nolentem inuitarent. Mouit enim me et ſua

dulcedine allexit ipsa carminum natiua indoles non minus, quam eorum praestantia, vt interpretis vices subirem. Praeterea vero ad peragendum, quem mihi proposueram, laborem, incitauit et hoc, quod carmina plura atque epigrammata in Vrsini collectione, Stephani Lyricis, antiquis Anthologiis pariter ac recentiori Reiskii variis locis inserta et sine ordine dispersa viderem. Wolfii in colligendis fragmentis sedulitatem iis saepenumero immoratam esse, quibus haud aegre caruissemus, perpenderem; Brunckium pauca. Sapphus fragmenta et reliquarum epigrammata nuda nec vllis animaduersionibus illustrata exhibuisse, plura lectu dignissima ac suauissima omisisse animaduerterem; Iacobsium vero, id solummodo agentem, vt epigrammata veterum pura nobis redderet et laeuigata, ne tot quidem nobis tradidisse, quod Brunckius poëtriarum reliquias, tota eaque absoluta carmina non minus quam tenuia, cara tamen, ἀποσπασματα praetermisisse, aliisque curanda reliquisse, intelligerem. Quam quidem curam, in singulis carminibus vno libello comprehendendis illustrandisque collocandam, quo lubentius in me suscepi, suscepta ea, me huic operi accinxi, eo maiori cum

voluptate Tibi, Humanissime Lector, meorum, quidquid est, laborum rationem reddam.

Quum in quouis carmine tractando ac diiudicando eius pretio lectorum maxime intersit, scire, a quonam sit profectum, ex cuius ingenii vena profusum; ante omnia id agendum mihi esse existimaui, vt breuem cuiuscunque poëtriae descriptionem vitae carminibus praefigerem, et fatis eius, vtut licebat per temporum, traditionum et monumentorum rationes, lucem quandam affunderem. Nonnulla in hoc genere iusto breuius esse pertractata neque absoluta, historicorum documentorum fides incerta, monumentorum defectus, curta librorum suppellex, atque arctissimi, quibus libellus hicce circumscriptus est, cancelli, facile excusabunt. In seligendis carminibus huic collectioni inserendis id spectaui, vt optima quaeuis et tantum ea ex Wolfii aliorumque libris depromerem, quae vel carmina essent et epigrammata integra et nulla parte mutilata, vel singula fragmenta, quae, licet breuia essent non raro et leuia, iustum tamen neque iniucundum sensum praeberent, et lectu atque

interpretatione digna esse viderentur. Reliqua autem ἀποσπασματα, quae vel singula verba, vel verborum seriem sensu plane distitutam continerent, lectoribus carminum venustate deliniendis, non vero criticorum et grammaticorum argutiis et subtilitate exercendis consulturus, omnia plane omittenda existimari. Hinc igitur factum est, vt, cum in prima libelli mei parte ad earum poëtriarum carmina promulganda animum adiicerem, de quarum patria, aetate et vita certi quid constitui possit, Telesillae ac Myrtidis tenues reliquias removerem, atque Cleobulinam in earum locum succedere iuberem. Foeminis hisce insigni nominis fama apud veteres conspicuis, tempore ordinem definiente, allatis, in altera libelli parte quatuor alias adiunxi, nonnisi fragmentorum temporis inuidiae ereptorum elegantia memoriae perennitatem consecutas. Quum vero in hisce carminibus colligendis et ordine iusto disponendis studia mea conatusque versarentur, Harlesio, Viro de re omni literaria meritissimo, innuente, (Fabric. Biblioth. graec. Vol. II. p. 136. not. i.) in Montefalconii Bibliothecam Coislinianam felici sorte incidi, atque Praxillae de Adonide fragmentum, quod, Harlesio excepto,

omnes, qui in vatum nostrarum reliquiis conquirendis hucusque elaborarent, fugerat, e tenebris, quibus reconditum lateret, protraxi, atque recudendum curaui. In sinu gaudeo, mihi hujus fragmenti illustrandi occasionem esse suppeditatam; eum, quibus prematur difficultatibus, in quo versatur, argumentum, nemo non intelliget, qui perversas illas variorum de prouerbio Ἠλιθιώτερος Πραξίλλης Ἀδώνιδος sententias cognouerit; neque, dum huic indulgeo voluptati, in puerilis ambitionis turpe crimen incurrere mihi videor. Tantum enim abest, vt rem maxime obscuram, et Suidae, Apostolii, Zenobii aliorumque studiis male sanis atque erroribus, nodo Gordio grauius impeditam, solus explicuisse, et noctem ei suffusam dimouisse ac dissipasse mihi videar, vt aliorum ingeniorum acumini ea, quae inchoaui, imperfecta autem reliqui, persequenda, emendanda ac perficienda tradam.

In textu carminum et fragmentorum, quae exhibui, constituendo et adornando ita versatus sum, vt in plerisque Brunckianae editionis recen-

ſionem ſecutus Iacobſii doctiſſimas easque acutiſſimas emendationes in meum vſum conuerterem, in iis vero, quae in Brunckii Analectis non deprehenduntur, Wolfii mentem amplecterer; in quibus ab his triumuiris recederem, in animaduerſionibus textui ſubjectis enotarem; atque plura deſiderantes, ad variarum lectionum farraginem, apud Wolfium obuiam, et criticas Brunckii, copias, quas mirum in modum Cel. Iacobſium doctrinae vbertate et ſubſidiorum ope auxiſſe grati omnes agnoſcunt, ablegarem. Argumentorum autem indices et animadverſiones dum textui adderem, aliorum, qui ante me hosce labores attigerunt, veſtigiis inſiſtens, ita munere meo fungi conatus ſum, vt verborum difficiliorum vim ac poteſtatem indicarem, in ſingulis vero locis illuſtrandis ad orbis antiqui hiſtoriam, mores, opiniones ac ſacros religionis ritus reſpicerem, ad carminum ornatum et venuſtatem lectorum animos attentos redderem. Quantum autem in hoc officio obeundo praeſtiterim, quantum ad meliorem horum carminum interpretationem contulerim, atque iis, qui graecae Muſae fauent tradiderim, graui committo virorum vltra virium mearum te-

nuitatem maxime elatorum arbitrio; non hoc, puto, meum est dijudicare, sed aliorum. Non enim is ego sum, qui suscepti a me et pro ingenii mei modulo diligenter pertractati operis amore occoecatus, aliorum in me reprehendendo, corrigendo, emendando renuam severitatem refragarius; semper enim ab omni vanitate alienus eruditorum de libello meo judiciis nihil ducam sanctius nihilque antiquius, et si solo lubrico insistentem sua benignitate sublevaverint, sinistro tramite errantem consiliorum sapientia in viam rectam reduxerint, gratissima mente agnoscam. Vale, studiis laboribusque nostris fave. Scr. Lipsiae. Sub adventum veris cIↃIↃcccı.

A. Schneider.

Index Auctorum.

ΜΟΥΣΩΝ ΑΝΘΗ.

I.

SAPPHO.

Σαπφους βαια μεν, ἀλλα ῥοδα.

I.

S A P P H O.

Sappho 1) Mitylenen, vrbem insulae Lesbi, ab Aeolibus habitatae atque insulis Asiae ad occidentalem oram adnumeratae, patriam habuit, atque ab alia eiusdem nominis, Eresia, probe discernenda, 2) circa Olymp.

---

1) Cf. Wolf. Sapphus Poëtriae Lesbiae Fragmenta et Elogia. Hamburg. 1733. praecipue in vita Sapphus huic libro praefixa p. 1 - 32. Olearius de poëtriis graecis diss. Lips. 1708. repet. in Wolf. Nouem illustr. foem. fragmentis et elog. 1734. p. 181. no. 65. Wahl in vita Sapphus praemissa eius: *Lieder der Liebe von Sappho und Anacreon. Erf.* 1783. p. 1 - 32. Reliquorum autem librorum, qui de aetate, vita ac moribus nostrae exponunt, catalogum reperies in Fabricii Biblioth. graec. ed. Harles. Vol. II. p. 137. quam h. l. consulas.

2) Athenaeus XIII. 8. et ex eo Aelianus V. H. XII. 19. monent, duas

XLII. vel XLIV. ſ. DC. a. C. n. annos, poë-

Sapphones, Ereſiam et Mitylenaeam a ſe inuicem differre, quibus etiam Suidas v. Σαπφω accedit, ex errore Ereſiae tribuens, quod Mitylenaeae eſſet tribuendum. Nam Tom. III. p. 283. ed. Cantabr. legendum eſt Λεσβια ἐξ Μιτυληνης, et ibid. p. 284. ἐξ Ερεσȣ, quod Wahlius l. l. p. 7. et 21. docuit, et magis probatur eo, quod primo loco aperte agat de Mitylenaea, dum Cleidem eius filiam memorat, et altero loco, quo de Ereſia ſermo eſt, addat: τινες δε και ταυτης ἐιναι λυρικην ἀνεγραψαν ποιησιν, quod quidem de Ereſia, non de Mitylenaea ex vulgari Suidae lectione accipiendum eſſe eo facilius apparet, quo magis Sapphus, poëtriae Mitylenaeae, laudes omnium ore ferebantur. E recentioribus hanc ſententiam, Ereſiam a Mitylenaea diuerſam eſſe, tuentur: Schurzfleiſch in notit. Bibl. Vinar. p. 249 ſq. Heinſius ad Ouid. Heroid. XV. 17. Tom. I. p. 198. ed. Burm. Anna Dacier in vita Sapphus, eius Anacreontis editioni (Paris. 1682.) praefixa, Perizonius et Kuhnius ad Ael. V. H. XII. 19. et Wahl l. l. p. 2. ſqq. Olearius l. l. p. 183. diſcrepantes veterum ſententias concordes reddere ſtuduit; quem vide. At rectius erit et tutius, duas dignoſcere Sapphus, Mitylenaeam alteram, alteram Ereſiam. Diſerte enim Sapphus της ἑταιρας Ereſo vrbe Lesbi oriundae vnice mentio iniicitur apud Gronov. Ant. Gr. Theſ. Tom. II. p. 34. qui locus de ſtatua Sapphus Ereſiae, quae Belorio ex Pyrrho Ligorio innotuit, exponit. Reliqui

ſeos laude floruit. 3) In ea igitur haud dubie tempora incidit eius aetas, quibus imperii Babylonici ſummam Nebucadnezar gerebat, Alyattes, Croeſi pater, Lydiae praeerat, Tarquinius Priscus Romanis imperabat, et Dracon legum ſuarum ſeueritate Athenienſium animos moderabatur. Quemadmodum vero de vatis noſtrae aetate, ita etiam de parentibus eius veterum huc illuc diſtracta reperiuntur iudicia. Attamen ex Herodoto et Aeliano 4) vltra probabilitatis ſpeciem

---

vero loci, vt Ariſtotel. Rhet. II. c. 23. Strabo. XIII. p. 917. Pollucis Onomaſt. L. IX. p. 954. ed. Hemſterhus. Moſchi Idyll. III. 92. 93. Noſſidis epigr. no. 11. Damocharidis epigr. in: „Anthologia graeca, ſive Poëtarum graecorum luſus, ex recenſ. Brunck. Ind. et Comment. adiec. Friedericus Iacobs. Lipſiae 1794-1800. IX. 8. Tom. IV. p. 40. n. 4.“ alii, dum de Sapphone Mitylenaea agunt, commode in noſtrum vſum conuertuntur, quia Herodotus Euterp. III. p. 73. arbiter hac in re fide digniſſimus eandem τȣ Σκαμανδρόνυμȣ θυγατερα Mitylenaeam nominat, quam Plato Ael. XII. 19. coll. Plat. Phaed. p. 235. καλην και σοφην appellat. cf. Wahl. l. l. p. 7. ſqq.

3) Cf. Suidas. Euſebius Chron. libr. poſter. Athen. XIII. 8. Corſin. in Faſtis Atticis Tom. III. p. 67. Reliquorum de Sapphus aetate calculos vid. in Fabric. Bibl. l. l. p. 137. 138.

4) Herodot. Euterp. m. p. 73. Ael. V. H. XII. 19.

effici poterit, Sapphonem Mitylenaeam Scamandronymum habuisse patrem, matrem Cleidem; licet praeter hanc Suidas octo enumeret Sapphus patres. 5) Charaxum, Larichum et Eurygium poëtriae nostrae fratres commemorant Herodotus, Athenaeus et Suidas. 6) Quorum primo, Charaxum dico, infensam, cum in Doricham quandam, Rhodopidis quoque cognomine celebrem, bona sua ille profudisset, hanc ipsam puellam morum animique candore haud insignem carminibus suis Nostram exagitasse, iidem perhibent. 7) Cercolae, ex Andro, insula maris

5) Suidas sub v. Σαπφω. Σαπφω, inquit, Σιμωνος· οἱ δε Ευνομινȣ· οἱ δε Ευρυγγιȣ· οἱ δε Εκρυτȣ· οἱ δε Σημȣ· οἱ δε Καμωνος· οἱ δε Εταρχȣ· οἱ δε Σκαμανδρονυμȣ· μητρος Κλειδος. Λεσβια ἐξ Ερεσȣ (seu potius ἐκ Μιτυληνης vid. not. 2.) Λυρικη etc.

6) Suidas l. l. et s. v. Ιαδμων. Herodot. II. c. 135. p. 140. ed. Gronov. Athen. X. 424. Ovid. Heroid. XV. 117.

7) Ab Herodoto l. l. Doricha vocatur Rhodopis, Athenaeus contra XIII. p. 556. monet, Doricham a Rhodopide longe esse diuersam. Sed cf. Wesseling. ad Herodot. p. 168. qui contra Athenaeum animaduertit, illum ex Strabone (XVII. p. 1161. ed. Almelov. ἀλλοι ὀνομαζȣσι Ροδοπιν) nosse debuisse non Doriches tantum, sed et Rhodopidis cognomine meretriculam fuisse celebrem. Cf. praeterea Suidas in Ροδοπιδος Αναθημα. Perizon. ad Ael. l. l. et Ouid. l. l. v. 63.

Aegaei, Cycladum vna, oriundo, et opibus affluenti, nupta, Cleidem filiam peperit, cuius laudes ipſa mater tenera voce canit: 8)

Ἐςι μοι καλα παις, χρυσεοισιν ἀνθεμοισιν
Εμφερη ἐχεσα μορφην, Κλεϊς ἀγαπητα.

Aequales habuit Sappho Alcaeum, gente Lesbium, Steſichorum Siculum, et Pittacum Mitylenaeum 9). Commemorantur praeterea alumnae plures et virgines, quibus Sappho familiariter vſa eſſe traditur, 10) atque cum hae ipſae φιλων et ἑταιρων nomine veniant, a Sapphone ipſa innuantur, vel ſaltem innui credantur; multa quoque Ereſiae Sapphoni tribuenda, ad Mitylenaeam referantur, non

8) Extat hoc fragm. ap. Hephaeſt. Enchir. p. 55. 19. et 56. 7.

9) Ariſtotel. Rhet. I. c. 19. Strabo XIII. p. 917. ed. Almelov. Pollux Onom. IX. p. 954. Sappho apud Demetr. de elocutione §. 145. vbi Alcaeum celebrat; et Suidas ſ. v. Σαπφω.

10) Loci, in quibus alumnarum et amicarum Lesbiae puellae mentio iniicitur, fere ad hos redeunt: Max. Tyrius diſſ. XXIV. p. 297. ed. II. Daviſii et huius nota p. 592. Hephaeſtion. p. 42. Ouid. XV. 17. ibique Heinſius. Suidas l. l. Philoſtratus in vita Apollonii ed. Olearii, et idem in vita Sapphus in diſſ. de poëtr. gr. §. 22. Zenob. III. 3. et Wolf. l. l. p. 14.

desuerunt, qui poëtriam nostram τριβαδικης ἀσελγειας crimine peterent, atque morum animique integritatem dubiam reddere conarentur. [11] Aluerunt malignam hancce obtrectationem scriptorum seriorum testimonia, auctorum ipsorum atque interpretum, quos nacta est Sappho, cupiditatis studio seductorum errores, et calumniarum fraudes, quas ingenii luxuriantis acumine male sano necterent. Verum enim vero, quo magis illi historicam veritatem conuiciorum nocte premunt, atque in opinionum praeiudicatarum reprehensionem incurrunt, eo magis laudandi sunt hi, qui causam poëtriae Lesbiae in se susceperunt, atque vituperiorum molem vel plane tollere, [12] vel criminis vim et atroci-

11) Loci, in quibus ista exprobratio nititur, sunt in Hephaest. p. 42. Ouid. Her. XV. 15 - 19. 201. et Trist. II. 365. Horat. II. od. 13. v. 24. et Epist. I. ep. 19. v. 28. Auson. Idyll. VI, 25. et nonnulla fragmenta Sapphus.

12) Audaci pectore sese calumniatorum cateruae offert Paulus Silentiarius ep. III. Anth. Iac. IV. p. 41.

Μαλθακα μεν Σαπφυς τα φιληματα, μαλθακα γυιων
πλεγματα χιονεων, μαλθακα παντα μελη.
Ψυχη δ᾽ ἐξ ἀδαμαντος ἀπειθεος· ἀχρι γαρ οἰων
ἐςιν ἐρως ςοματων· ἀλλα δε παρθενιης
και τις ὑποτλαιη· ταχα τις τυτο ταλασσας
διψαν Ταντολεην τλησεται εὐμαρεως.

tatem lenire ſaltem, et minuere ſtuduerunt. In vindicanda Sapphus integritate viri, quibus non frigidus circum praecordia obſtabat ſanguis, ita elaborarunt, vt alii 13) ἑταιρας vocabulo ſenſum honeſtum ſubiicerent, alii 14) erroneas locorum variorum explicationes corrigerent, alii calumniarum torrentem vltra ripas exundantem, a veſano Lesbiadum ſummis Sapphus honoribus inuidentium odio, tanquam a primo fonte deriuarent. 15) Quibus cum non ſemper omnes ex voto cederent conatus, in eorum tutius erit tranſire ſententiam, qui vel Sapphonem Mitylenaeam ab Ereſia diſtinguunt, atque obſcoenae turpitudinis crimen a Lesbia vate in meretricem notiſſimam deuoluunt, vel popularis religionis, quae δωρα Αφροδιτης grata venerabatur, et gentis ipſius ingenio altius indagando, locorum et temporum rationibus

13) Max. Tyrius l. l. qui Sapphus honorem vna cum Socratis integritate vindicat.

14) Andr. Thevetus: Les vies des hommes illuſtres Tom. I. p. 221. qui calumnias interpretationi malevolae vocis Horatianae *mascula* tribuit. Horat. Epiſt. I, 19, 28.

15) Fecit hoc Anna Daceria in vita editioni Anacreontis et Sapphus praefixa.

rite expendendis, ſtrenui nominis Sapphici vindices apparent. [16])

„Ipſa autem, vt Olearius ait, Sapphus carmina animum impurum quod loqui ait Longapetraeus in vita Sapphus, iuxta cum Baylio, rigide rem examinanti, dubium videri poſſit. Exprimant illa viuidiſſimum in quasdam puellas affectum, at nihil in iis obſcoenitatis; nihil, quod phantaſia poëtica elata foemina, imitandi illius affectus ſtudio, de formis praeſtantioribus ſine crimine dicere non poſſit.“ Nolo tritam illam et peruulgatam h. l. recoquere ſententiam: in poëta non omnia ad vnguem eſſe reſecanda; [17]) vnice, iure meo prouoco, ad ingenii, quo poëtria gaudebat, animique indolem. Ignita ferebatur et alacri noſtra vates phantaſia, in ipſo naturae ſinu fota, poëſeos amabili dulcedine delinita, et graeca elegantia exculta, lenes ac teneros alebat mente ſenſus, quos veluti cum lacte materno imbiberat. Amoris, quos conceperat, fouebat ignes, ἐποιμαινεν τον ἐρωτα μουσισδουσα [18]) atque dulci dolori indulgens ἀληθως

---

16) Wahl in vita Sapphus l. l. p. 16 - 19.

17) Cf. Iacobi Iris. Mai. 1775. p. 145.

18) Theocrit. Idyll. XI. v. 80.

μεμιγμενα πυρι φθεγγεται, και δια των μελων αναφερει την απο της καρδιας θερμοτητα, μουσαις ευφωνοις ιωμενη τον ἐρωτα. [19]

Sapphonem narrant veteres Phaonem, iuuenem Lesbium eumque Veneris beneficio pulcherrimum, perdite amasse, atque cum ille amoris taedio plenus in Siciliam abiisset, eum persecutam, voti autem cum impotens esset, eo amoris insania adactam esse, vt se e promontorio Leucate praecipitem daret. [20] In duas abeunt partes veterum hac de re sententiae, cum alii Eresiae, alii Mitylenaeae tribuant Phaonis amores. Athenaeus, [21]

---

19) Plutarch. in Ἐρωτικῳ T. II. Opp. p. 762.

20) Hoc promontorium ab eo inde tempore iis, qui amori valedicere cuperent, inseruiisse, et in eo saltus amantium ἁλμα των ἐρωντων, fuisse dicitur. cf. Herodot. VIII. 87. Strabo X. p. 452. Plutarch. de virtut. mul. Tom. II. p. 255. Athen. XIV. p. 619. Cic. Tusc. Quaest. IV. 18. Seruius ad Virgil. Aen. III. v. 274. et *Barthelemi: Reise des iüngern Anacharsis durch Griechenland.* Tom. III. p. 313. De Phaone cf. Lucian. in dial. mort. T. I. p. 276. et in imaginibus II. p. 17. Suidas s. h. v. Athen. II. p. 69. Palaeph. c. 49. Bayle Diction. s. v. Phaon not. A. et Fischer. ad Anacr. λειψανα p. 391.

21) Athen. XIII. 8. ἡ ἐξ Ἐρεσου δε της ἑτερας ὁμωνυμος Σαπφω, του καλου Φαωνος ἐρασθεισα.

et Suidas, 22) et cum iis Apoſtolius 23) diſerte monent, Ereſiam Sapphonem Phaonis amore flagraſſe, atque, cum Aelianus 24) totam de Phaone hiſtoriam inuertat, et quod de ſola Sapphone ab aliis narratur, ad omnes mulieres Mitylenaeas transferat, his eo lubentius aſſenſum praebeo, quo minus Strabonis, Plinii, Ouidii et Palaephati loci h. l. in cenſum venire videntur. Strabo, teſte Menandro, Sapphonem amorum finiendorum cauſa e Leucate promontorio deſiiliſſe, refert; 25) at videas, hoc aeque ad Mitylenaeam ac Ereſiam referri poſſe. Plinium 26) abſurdam enarrare fabulam, iam Baylius videt. Ouidii autem epiſtolam Sapphus ad Phao-

22) Suidas l. l. ex emendatione noſtra. Σαπφω Λεσβια ἐξ Ερεσȣ ψαλτρια· αὑτη δι' ἐρωτα Φαωνος του Μιτυληναιου ἐκ τȣ Λευκατȣ κατεποντισεν ἑαυτην.

23) Apoſtol. XX. 14. prouerb: qui ad verbum cum Suida ſub v. Φαων conſentit, dicens: τȣ γαρ Φαωνος ἐρασθηναι, φασι την Σαπφω· ȣ την ποιητριαν, ἀλλα την Λεσβιαν, (Ereſiam innui, in promtu eſt) και ἀποτυγχανȣσαν, ῥιψαι ἑαυτην ἀπο της Λευκαδος πετρης.

24) Ael. V. H. XII. 18. και ἠρων νεαι και γυναικες αὐτȣ αἱ Μιτυληναιων.

25) Strabo X. p. 452.

26) Plin. H. N. XXII. 18.

nem in nullis Heroidum Ouidianarum exemplaribus, nisi recentissimis, apparere, et plurimum reiectam ad operis calcem legi, ideoque auctoritatis esse admodum suspectae, Heinsius euicit. Ouidius adeo ipse, si hoc carmen, id quod nego, vere ab eo fuerit profectum; Romanus cum esset, historicis monumentis destitutus, et fabellis, quae per popularium ora circumferebantur, imbutus, errare, atque vtriusque Sapphus fata confundere poterat. Illi vero, qui tantos scilicet et tam accuratos Sapphici ingenii sese probarunt aestumatores, vt carmen Sapphicum versione Ouidium expressisse asserere non dubitarent, non refutandi, ne audiendi quidem. 27) Palaephatus, qui restat, Sapphonem saepius Phaonem carmine celebrasse auctor est; 28) sed, hunc vel credulitate seductum errasse, vel potius Eresiam puellam innuisse, eo probabilius redditur, quo magis Suidas loco sub n. 2. emendato cum eo conuenit, tradens, Eresiam quoque Sapphonem carmina lyrica composuisse, licet non tanta inclaruerit nominis fama, quanta Mitylenaea.

---

27) Tuentur hanc sententiam Moreri in Lex. et Fabric. in Bibl. Gr. l. l.

28) Palaeph. l. l. ὅτος ὁ Φαων ἐςιν, ἐφ᾽ ὄν τον ἔρωτα αὐτης ἡ Σαπφω πολλακις ᾀσμα ἐποιησεν.

Carminum laude iunctos Anacreontem et Sapphonem aetate quoque et amore ſociarunt Hermeſianax Colophonius [29] et Chamaeleon [30] ex antiquis. E recentioribus iis ſuffragantur Barneſius [31] et Fabricius, cui non incredibile videtur, Sapphonem et Anacreontem aliquo tempore eodem vixiſſe, licet amorem, quo Sappho Anacreontem arſiſſe fertur, commentis et luſibus poëtarum adſcribat. Ego vero vtrumque luſibus poëtarum tribuerim. Hermeſianacta enim, qui Alcaeum deperiſſe Sapphonem et carminum venuſtate vſſiſſe Teium vatem, veritum, ne Alcaeus hac dote primas teneret apud Sapphonem, canit, falli, Athenaeus iam vidit. Wahlius Hermeſianactis errorem corrigere ſtudet, dum eum de Ereſia verba facere autumat, quod quidem eo magis probabile redditur, quo veroſimilius eſt, Anacreontem in-

---

29) Apud Athen. l. XIII. p. 598. in Elegiarum fragmento, quos nuper locupletiſſimo commentario exſtruxit Cel. Ilgen in opuſc. Philol. I. n. 6. p. 255-331. vbi cf. IV. 47-52. et quae Ruhnken et Ilgen ibi annotarunt.

30) Chamael. ap. eund. Athen. ibid. p. 599. qui colloquium amatorium Anacreontis et Sapphus enarrat. cf. Fiſcher. ad Anacr. p. 369. qui verſus Anacreontis affert.

31) In vita Anacr. p. 28. Fabric. Bibl. Gr. l. l.

carmine apud Chamaeleonem obuio Ereſiae ambire amores, niſi forte rectius Chamaeleonem Anacreontem et Sapphonem amore iunxiſſe dicas eadem ratione, qua Diphilum in fabula amatores Sapphus, Archilochum et Hipponactem, Anacreontis aequales feciſſe, et Virgilium finxiſſe Aeneam ac Didonem tempore quam maxime ſeiunctos amori indulſiſſe deprehendimus. Non igitur audiendus erit Cramerus, 32) qui chronologicis rationibus efficere conatur, Anacreontem cum Sapphone Mitylenaea vixiſſe, et amorem eius carminibus efflagitaſſe, cum illo, quo floruit Anacreon, tempore Polycratem felicem Sami tyrannidem exercuiſſe, Hipparchum Athenis regnaſſe ex Herodoto et Platone 33) conſtet, et Pauſanias Anacreontem poſt Sapphonem ἐρωτικα μελη ceciniſſe tradat. 34) Floruit igitur haud dubie Anacreon D, Sappho DC a. C. n. et quod excurrit, annos, et nemo facile tempora tam late

---

32) In Synchron. Sapph. et Anacr. Ienae 1755. p. 10.

33) Herodot. III. c. 121. Plato Hipp. p. 228.

34) Pauſan. I. c. 25. in Atticis. Ανακρεων ὁ Τηιος πρωτος μετα Σαπφω την Λεσβιαν τα πολλα, ὡν ἐγραψεν, ἐρωτικα ποιησας. Athen. XIV. p. 635. Σαπφω — Ανακρεοντος πρεσβυτερα.

distantia iunget. „*Ceux, qui ont parlé des ses amours pour Sappho*, inquit Baylius, *n'ont point consulté la chronologie.*"

Missis amoribus Sapphus pauca de eius, quam inter poëtas merita est, laude adiiciamus. Non solum eius de re musica merita celebrantur, 35) sed magis carmina, quae composuit, plura praedicantur. Enumerantur μελων λυρικων libri IX. in quibus ᾠδαι, ἐπιθαλαμιοι, deinde ἐλεγεια, μονωδιαι, ὑμνα, ἐπιγραμματα, ἰαμβοι, γριφος, σκολιον de Admeto, quod alii Alcaeo, alii Praxillae tribuunt, et versus ad Anacreontem, quos suppostitios esse iam supra monuimus. 36) Quorum carminum iacturam cum praeter odam in Venerem et pauca fragmenta omnia inter-

---

35) Plutarch. de Musica T. II. opp. p. 1136. Athen. XIV. p. 635. et Suidas s. Σαπφω.

36) Recensentur Sapphus carmina ap. Suid. s. Σαπφω. Dion. Hal. T. II. p. 2429. et Serv. ad Virgil. Georg. I. 31. Iulian. Imp. ep. XXX. p. 402. Griphum s. aenigma de epistola affert Antiphanes ap. Athen. X. 450. et Eustath. ad Il. ζ. p. 488. Ceterum accuratiorem carminum censum leges ap. Wolf. l. l. p. 18-22. et Fabric. Bibl. Gr. p. 139-141. Hymni eius spurii ab Imperiali, Neap. 1784., Francogall. a Grainvillio 1797. editi sunt.

ierint, merito lugemus. Carminibus vero, e feruidiori ingenii vena profusis, mentis acumine et phantasiae alacrioris impetu et elegantia distinctis, tantam consecuta est apud aequales et posteros famam, vt, fato defuncta, aeterna memoriae renouatione superstes redderetur atque immortalis. Etenim non solum Musa decima apud non nullos audit, 37) et multorum poëtarum ore celebratur, cum varii quoque dramata ederent, quae Sapphus nomen in fronte gerebant: sed tanta quoque est post mortem Mitylenaeis aliisque Lesbi ciuitatibus visa, vt vultum eius nummis imprimerent, aliae imaginem eius gemmis inciderent. 38) Ima-

---

37) Duo ex multis afferam in eam epigrammata; Platonis n. 12. in Anthol. ed. Iacobs. I. p. 105.

Εννεα τας Μουσας φασιν τινες· ὡς ὀλιγωρως,
Ηνι δε και Σαπφω Λεσβοθεν ἡ δεκατη.

et Antipat. Sidon. n. 46. Anth. Iac. II. p. 19.

Μναμοσυναν ἑλε θαμβος, ὁτ' ἐκλυε τας μελιφωνου
Σαπφους, μη δεκατην μοισαν ἐχουσι βροτοι.

38) Cf. Pollux. L. IX. sect. 6. p. 437. Hemsterh. ad eund. p. 1064. atque Wolf. p. 28. sqq.

ginem Sapphus pictam a Leone, et Athenis asseruatam, Plinius, [39] statuam eius aeneam, perfectum et elegans Silanionis opus, e Prytaneo Syracusano a Verre sublatam Cicero laudat; [40] alia edita est inter Herculanenses. [41] Silanionis statuam, quam Baylius Eresiae Hermam esse ait, Tatiani feruor petit, cum Mitylenaeam vatem eo nomine carpit, quod *την ἑαυτης ἀσελγειαν* cecinerit. [42] Sed

Odi profanum vulgus, et arceo.

Sapphonis Mitylenaeae, quam tota olim suspexit Graecia, quam Plato et Socrates venerabantur, nomen, quod per saeculorum decursum saluum mansit atque incolume, *extento aeuo viuet*, et Lesbiam vatem

aget penna metuente solui
Fama superstes.

---

39) Plin. H. N. XXXV. c. 11. n. 40. et Lambin. ad Horat. l. od. 17. v. 18. et Wolf. p. 26. l. l.

40) Cic. in Verr. IV, 9, 57.

41) Cf. Klotz. Lection. Venusin. p. 64.

42) Tatian. Orat. ad Gr. sect. 52. p. 113. et 53. p. 114. ed. Oxon.

I.

ΑΙΣΜΑ ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΝ. a)

Iuuenem b) *gente forsan Lesbium vates amore tenero amplectebatur, quem ille reddere nolebat. Blan-*

---

a) Dionyſ. Halicarn. περι συνθεσεως ονοματων T. II. p. 47. 48. vbi de natura politae floridaeque orationis egregie praecepit, hoc odarion exempli loco affert, atque eius venuſtatem et gratiam in verborum contextu et orationis lacuitate conſpicuam, laudibus effert. Quum vero hos carminis lepores, hanc eius praeſtantiam noſtra aetate vix ſentire poſſimus, felicius, vt opinor, illam carminis pulcritudinem, quae ex rerum natura atque idearum ſententiarumque grauitate et dignitate oritur, expoſuit Cel. Raabe in ſua odarii Sapphici in Venerem interpretatione elegantiſſima, quae Lipſiae 1794. prodiit, p. 6 - 9.

b) Iuuenem, non puellam, Sapphonem, dum hoc carmen pan-

das amoris voces, dona, oſcula durus renuerat, lentoque amoris igne concremata Sappho Venerem precibus adit, ne amoris cruciatibus confici ipſam patiatur, orat, atque vt miſerae ſicut alias ſuccurrens, aſperam iuuenilis animi indolem flectat, vnice et enixisſime rogat. Amoris, patriam religionem grata ſimplicitate amplectentis ſenſus per omnes carminis partes diffuſus reperitur. Ad hunc omnia, imaginum vis et ſententiarum natiua elegantia, veluti ad caput rei, recurrunt, ita vt in diſpoſitionis arte vnitatis concinnitatem cum venuſtate ſociatam admireris.

---

geret, deperiſſe, vt ſtatuamus, aequius ſaltem, cum, quae a poëtria proferuntur, in virginem adamatam pariter referri posſint, ac in pulcrum iuuenem. Quum vero in ſuperioribus, Phaonis amores Ereſiae Sapphoni, non Mitylenaeae tribuendos eſſe docuerimus, Annam Daceriam in occaſione carminis et tempore conſtituendo errare, in aprico eſt, dum verba v. 21. premens: „Exiſtimo, ait, haec eſſe mere hiſtorica, atque oden ſcriptam eſſe, poſtquam Phaon ad vitandas Sapphus illecebras ſe ex inſula Lesbo in Siciliam deportaverat.“

Ποικιλόθρον᾿, ἀθάνατ᾿ Ἀφροδίτα,

V. 1. Amarunt orbis antiqui homines ἐπωνυμίαν et πολυωνυμίαν in precibus, hymnis et supplicationibus, atque nominum varietatem et copiam repetere solebant *a*) a locis, in quibus vel nati erant, vel libenter commorabantur, vel colebantur; hinc Venus (quae etiam πολυωνυμος a Theocrito, Idyll. XV. 109. appellatur) Κυπρις, Κυθηρεια, h. l. ποικιλοθρονος; *b*) a rebus et artibus, quibus praeerant, hinc h. l. δολοπλοκος; *c*) a natura; vt h. l. ἀθανατος, παις Διος. Quum autem, quibus inprimis nominibus gauderent dii, fugeret mortales, varia, ne errarent, vates congesserunt et cumularunt saepius nominum ornamenta. Cf. Aeschyli Agamemn. 169. ibique Schütz. Horat. carm. saec. 16. et II. Sat. VI. 20. atque Spanhem. ad Callim. hymn. in Dian. v. 7. Quam eleganter nostra Veneri addiderit nominum variorum decus, docuit Gruterus, in lampad. t. V. p. 584. — ποικιλοθρονος i. q. πολυνοος (Theocr. Id. XV. 109.) quae ποικιλους θρονους, multos, vt Faber ait, vbique gentium thronos habet, cuius numen et coelum et maria, terras ac tristia Platonis regna pervadit. Loca hanc in rem collata reperies a Raabio l. l. p. 9 et Rittershusio ad Oppian. Cyneg. II. 410. Idem Faber ποικιλοθρ. significare posse innuit „floridam et varia veste vtentem." Hesych. θρονα. ἀνθη και τα ἐκ χρωματων ποικιλματα. Quae quidem h. v. explicatio non minus respuenda videtur ea, quam Baxterus et Koeppen (*Anthol.* II. p. 118.)

παῖ Διὸς, δολοπλόκε, λίσσομαί σε,
μή μ' ἄσαισι, μηδ' ἀνίαισι δάμνα,
πότνια, θῦμον.

5. Ἀλλὰ τυῖδ' ἔλθ' αἴ ποκα καδδ' ἔρωτα

---

protulerunt, cum neutra menti poëtriae satis videatur congrua. Ex horum mente ποικιλόθρονος esset i. q. χρυσόθρονος (Homer. hymn. in Ven. 218) εὔθρονος (Pindar. Isthm. II. 8.) et ὑψίθρονος aliis in locis. Otiosam tautologiam in Vossii lectione ποικιλόφρον' obuiam non est cur refellam, cum Baxterum in ea remouenda socium habeam.

v. 2. παι Διος. Cicero de N. D. III. 23. tertiam Venerem „Ioue natam et Dione, quae nupsit Vulcano" diserte commemorat, atque idem ex Hom. Il. V. 370. 428. et hymn. in Ven. 27. liquet. Cf. Apollodor. I. c. III. c. 2. ed. Heyn.

δολοπλοκε. lat. „fraudes, dolos nectens," Liv. XXVII, 28. Orph. hymn. in Ven. 3. Ita vero compellatur, quia δυναται πεπιθειν φρενας ηδ' απατησαι. Homer. hymn. VII. 7. 33. 38.

V. 3. μη δαμνα θυμον. etc. „Noli, Venus, pati, animum meum amore infelici excruciari ac sollicitudine plane confici" δαμαν τινα propr. est, interfectum aliquem in terram prosternere;" (cf. Iliad. XIV, 439. V, 271. et Odyss. IV, 467. Hesiod. scut. Herc 11.) hinc „subigere, vincere" — ασῃ. Suid. ξυπος, λυπη i. q. ανια.

V. 5. Τυιδε aeol. pro Τηδε, vel ωδε. Hesych. — καδδ' ερωτα cum Fabro in textu recepi, vt sit „libenter." Baxteri καὶ ἔρωτα, eundem

τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἀΐοισα πόλλας
ἔκλυες, πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
χρύσεον ἦλθες.
ἄρμ' ὑποζεύξασα, κάλοι δὲ σ' ἄγον

---

sensum praebens, respuunt metri leges, et *κάτερῶτα*, quod est aeolicum pro *καὶ ἑτέρωθε*, *alias*, et Vossio, Brunckio et Koeppenio probatur, delendum censeo, cum notio *κάτερῶτα* iam in illo *ἀΐοισα* latere mihi videatur, nam in hac sententia: si quando alias cet. omitti potest *το alias*.

V. 6. *ἀΐοισα πόλλας* vncis inclusum praetulerim reliquorum interpretum *αἴοισα πόλλακ'* vel *ἀΐοισα πόλλυ*, Baxtero praeeunte, vt vel vatem gratam auxilii alias praestiti memoriam blanda voce renovantem, vel, saepius se auxilium Veneris implorasse memorando, dolori indulgentem cogitemus.

V. 7. *πατρος δόμος*, i. q. Ζηνος Ὀλυμπιω αὐλη. Hesiod. Theog. 933. Il. II. 13, 30. Odyss. VI, 42. ibique Clarkius. Quae quidem Iouis aula, licet alias (Il. I, 426. Odyss. VII, 83.) aenea vocetur, cum aeneo gauderet pauimento, et *χρυσεος* h. l. eandem ob caussam appellari possit, (sic Euripid. Hippol. 59. οἶκος πολυχρυσος Ζανος) tamen *το χρυσεον* rectius referri ad sq. *ἀρμα* censuerim. Cf. Hom. hymn. in Dian. 3. 4. et in Solem 9. et quae Spanh. habet ad Callim. hymn. in Pallad. 3. p. 533. et Cel. Heynius ad Tibull. III, 3, 34. Verba si ita iunxeris, dictio magis rotunda erit et concinna.

10. ὠκέες στροῦθοι, περὶ γᾶς μελαίνας
πύκνα δινῦντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ, αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω.

V. 10. στροῦθοι Columbis vecta alias fingitur Aphrodite, (Ouid. Met. X, 517.) h. l. passeribus, propter lasciviam et foecunditatem notis, ideoque Veneri sacris, teste Athenaeo, VIII, p. 391. et Eustath. ad Hom. Il II. p. 428 ed. Polit. cf. praeterea, quae Wolfius monuit ad Fragm. Sapph. p. 228. Klotz: *Ueber den Nutzen und Gebrauch alter geschnittener Steine*, p. 202. περὶ γᾶς μελαίνας. Haec Vossii et Brunckii lectio melior est vulgari: πτέρυγας μελαίνας, scil. κατα, „alis nigris," cum v. sq. πυκνα δινῦντες πτερα tunc otiose adiecta essent; cf. Fischer. ad h. l. Epitheton μελαινα ob speciem et fertilitatem terrae additum, non ἐμφατικως intelligendum. Fischerus, omnium, qui Teii senis carmina laborum assiduitate adornarunt, facile princeps, ad odar. IX, 1. acute monet, formam loquendi γη μελαινα deberi simplicitati orationis antiquae, (Hom. Il. XV, 715. XVII, 416.) et Gataquerum carpit, qui ad Antonin. 10. 21. p. 303. Trai. verba ista latine vertit sine caussa, „foecunda terra."

V. 11. πυκνα δινυντες πτερ. π. γ. μ. Horum verborum sensum recte constituit Koeppen hunc in modum: *Schnell schlugen sie die Fittige, als sie der Erde sich näherten.* Πυκνα enim aduerbialiter, neque adiectiue accipiendum est, de crebro alarum motu, vt Odyss. V, 53. II, 151.

Αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο· τὺ δ', ὦ μάκαιρα,
μειδιάσαισ' ἀθανάτῳ προσώπῳ,
ἤρε' ὄττι γ' ἦν τὸ πέπονθα, κ' ὄττι
δή σε κάλημι,

---

adde Plat. XIII. Anth. Iac. I. p. 105. et Adesp. VI. A. I. IV. p. 119. alio sensu infr. Anyt. XI, 1. occurrit. Caeterum miror sane Baxterum causae suae nimis indulgentem somniasse, Vossium, dum περι γας μελαινας legeret, hunc voluisse Sapphus verbis sensum obtrudere: „Venus passeribus vecta orbem peregit terrarum.“

V. 13. αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο. αἶψα, Hesych. εὐθέως, ὠκέως, ταχέως. Qui factum sit, vt Faber et Anna Daceria h. l. verterent: „Qui cum te advexissent, repente abibant;“ non video, cum potius haec verba per „protinus peruenire“ exprimenda essent. Atque etiam si largiar, hunc verbis inferri posse sensum, quo iure Anna contendere possit, Sapphonem eo, quod dixerit, Venerem, si ad ipsam venisset, currum retro vehi iussisse, et longius apud poëtriam commoratam fuisse, se ipsam depinxisse sociam maxime amabilem, non intelligo. Si esset, summam potius indicaret numinis beneuolentiam.

V. 14. μειδιαν, „subridere,“ non raro differre a γελαν, „in cachinnum erumpere“ ex Aelian. V. H. VIII, 13. patet. Pluribus docuerunt hoc Lenep. ad Coluth. p. 91. et Ilgenius, quem veneror, in Hermesianactis eleg. fragm. explicatione, Opp. phil. I. p. 273-277. — Venus, dea a-

κ᾽ ὅττ᾽ ἐμῷ μάλιςʹ ἐθέλω γενέσθαι
μαινόλᾳ θύμῳ, τίνα δ᾽ αὖτε πειθη-

moris, suauitatis, hilaritatis omnisque dulcedinis sexcenties appellatur in Homero φιλομειδὴς Od. VIII, 362. (ad quem locum Clarkius Ouid. Ep. XVI, 83. Horat. I. od. 2. v. 33. excitauit.) Hom. hymn. in Ven. v. 56. et in Orph. hymn. in Ven. 27. exstat: ἐπήρατον εἶδος ἔχουσα.

V. 18. μαινόλης. Hesych. ἔγκοπος, ἔνθεος, et Suidas: μανικος, μαινομενος. Μανια enim veteribus omnes dicebantur affectus vehementiores, amor inprimis et ira. Hinc μαινόλης quoque est epitheton Bacchi, vt Wolfius (quam vide p. 228.) e Plutarcho de ira cohib. T. II. p. 463. et Eustath. ad Hom. Il. VI. p. 484. probarit, atque Aelian. V. H. III, 9. ἔρωτος βακχευς affert, — quod μαινολα θυμῳ apprime respondet.

τινα — φιλοτατα. Koeppen: *Welchen geliebten Jüngling, dem ich nachiagte, ich zu überreden wünschte?* φιλοτης h. l. pro ἐραστης, quae quidem dicendi ratio aliarum quoque linguarum vsu comprobatur; v. c. *my love* Ossiani, The Songs of Selma. II. B. p. 168. ed. Lips. 1783. et ibid. p. 169. et multis aliis in locis. Neque Hebraeos fugit hic loquendi vsus, qui אהבה eundem in modum adhibere solent; cf. Cant. II, 7. —

σαγηνευειν, i. q. ἀρκυσαι θηραν in scolio Ariphronis v. 9. ad q. l. vid. Ilgen. in Scoliis, h. e. carminibus conuiualibus Graecorum. Ienae 1798. p. 125. et Iacobs in Comment. ad Anthol. gr. Vol. I. pt. I. p. 309.

μι σαγήνεσσαν Φιλότατα τίς σ', ὦ
Σαπφοῖ, ἀδικῆ;

---

qui verba a venatione repetita in re venerea maxime vſitata eſſe, pluribus docuerunt. Paulo aliter, eandem lectionem ſecutus, ſenſum horum verborum expreſſit Cel. Raabe l. l. p. 12. qui quo accuratius et doctius de h. l., variis difficultatibus impedito, diſſeruit, eo minus lectoribus verba eius inuidebo, cum libellum elegantiſſimum paucorum tantum verſari manibus compertum habeam.

Verba ipſa paulo obſcurius, vt opinor, vertit: „Quemnam irretientem amorem meis ſuaſionibus contenderem? „Tunc vero ita pergit: " Cum σαγηνη, quod Heſychius interpretatur per: πλεγμα τι ἐκ καλαμων ἐυ θηρεαν ἰχθυων, ſit rete piſcatorium, σαγηνευειν erit proprie *piſces capere*, quod Heſychius explicauit per ἁλιευειν, deinde eſt omnino: irretire, capere, ſeducere; vnde Heſychius addit: αἰχμαλωτιζειν, et ſic occurrit Herodot. VI, 31. Amorem venari erit nunc: amore aliquem capere, amorem erga ſe in aliis excitare, vt ſenſus huius loci ſit: ***rogabas, quemnam iuvenem amore irretire cuperem, a quo iuuene amari ſtuderem.*** Eundem ſenſum parit Fabri (quem prae ceteris h. l. conſulas) lectio: τινα δ' αυτε πειθω και σαγηνευσ' αν φιλοτητα, h. e. ***rogitabas, quem adoleſcentem in amorem ſuaſionibus meis inducerem, aut reti amatorio caperem.*** Alium autem ſenſum habet lectio Baxteri: τινα δ' αυτε πειθω και σαγηνευ-

Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, ταχέως διώξει·
αἰ δὲ δῶρα μὴ δέκετ', ἀλλὰ δώσει·
αἰ δὲ μὴ φιλεῖ, ταχέως φιλάσει,
ἢ ὂ κεν ἐθέλλοις.

σαν φιλοτατα, h.e. *quam suadelam, quem irretientem amorem* sc. *tibi dabo*, nam προσοισω suppletur; πειθω enim dicitur omne id, *quod vim alliciendi habet*, sic in Anacr. XXII, 6. rivulo, quia praetereuntes leniter fluendo allicit atque oblectat, tribuitur, πειθω, itaque h. l. erit: *omne id, quod ad amorem inuitat*, (cf. Theocr. Idyll. II. V. 17. ibique interpr. graec.) facilitas, elegantia, comitas, venustas, inprimis lepor, blanditiae amatoriae, et facundia, qua virtutes, quibus aliquis gaudet, innotescunt, aliosque ad amorem excitant, atque inuitant." Cf. praeterea Xenoph. Mem. Socr. I, 2. §. 24. ib. II, 17. p. 89. sq. ibiq. Ernesti. Wolf. ad Sapph. l. l. Valken. ad Herodot. III. p. 273. Wesseling et Gronov. ad eund. VI. p. 451.

V. 19 — 20. τις — αδικη. s. mauis legere cum Brunckio ὑβριζει erit: „quis spernit amorem tuum, quo virgines vehementissime laedi posse dicuntur." Horat. Ep. od. V. et XVII.

V. 21 — 24. και — εθελλοις. Promptum paratumque spondet Venus Sapphoni animum ad omnia impedimenta amoris removenda. — φευγειν „amoris commercium omnemque adeo colloquendi occasionem subterfugere." Anacr. LXI. 3. Theocr. XI, 30." — διωκειν denotat h. l.

25. Ἔλθ' ἐμοὶ καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
ἐκ μεριμνᾶν, ὄσσα δ' ἐμοὶ τελέσσαι
θῦμος ἰμέῤῥει, τέλεσον· τὺ δ' αὐτὰ
σύμμαχος ἔσσο.

„amorem puellae ſectari.“ — Φιλειν „amorem expetere,“ i. q. διωκειν, niſi tautologiam vitaturus φιλειν de oſculis accipere malueris, quae profecto inter amantium rixas, dona, aliosque luſus non vltimum tenent locum, vt Tibull. I, 4, 53. ſqq.

V. 25. χαλεπαι μεριμναι. i. q. ſupra v. 3. ἀσαι et ἀνιαι, „curae, quae in animo amore infelici perturbato (μαινολᾳ θυμῳ v. 18.) oriri ſolent.“ Cf. Bacchylid. XI, 6. Anth. Iac. I, p. 184.

V. 27. ἱμειρειν, proprium de amoris affectu vehementiori vocabulum. Hinc quoque ἱμερος (*das ſchmachtende Verlangen*) in Aphrodites praepotentis zona latet reconditus. Hom. H. XIV, 214.

II.

ΑΙΣΜΑ ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ.

„*Sunt haec*, audio, *inquit Faber*, postquam nostrum hoc carmen recitasset, pulcra, sunt haec profecto talia, vt nihil mollius, nihil ἐρωτικὸν magis scribere potuerit Amor ipse, cum primum Psychen suam conspicatus est;" sed quo lubentius his viri doctissimi laudibus subscribo, eo aegrius ferat quilibet necesse est, seruatum nobis esse elegantissimum hoc carmen a Longino a) posteriore parte mutilatum.

Edaces feruidi amoris flammas tenero conceperat pectore Lesbia vates, atque puellae veneres contemplata, affectuum vortice abrepta odam hanc e feruidiori phantasiae vena, ex intimis animi recessibus profudit, quae tota spirat acres amoris ignes. Quae vero fuerit carminis occasio, quod tempus et consilium, difficile erit definire accuratius, cum ipsum varias admittat interpretum diuinationes. Plerique quidem, quos

a) Longin. περὶ ὕψους c. X. p. 66. 67. ed. Mori.

antiquior pariter ac recentior aetas tulit Sapphicorum carminum interpretes, obiectum carminis esse statuerunt puellam quandam peruenustam perdite a vate nostra adamatam. Ipse quidem carminis titulus προς γυναικα ἐρωμενην, vel εἰς ἐρωμενην, secundum alios, fauere videtur horum opinioni; nisi forte tutius sit, titulum odarii ipsorum commentatorum ingenio deberi, vel ex argumento carminis male constituto subnatum esse, existimare. b) *Partium quoddam studium apud omnes fere, qui Musae Lesbiae sese cultores profiterentur, deprehendi, hinc etiam hoc in loco cupiditatis cuiusdam animum meum suspicio subiit. Videamus, num aliam secuti definiendi argumenti rationem, honorem vatis vindicare aliqua ex parte, atque inscriptionis sensum melius ac rectius exponere possimus, ita tamen, vt liberum hac de re cuilibet relinquamus arbitrium. Anna Fabri sola, ni fallor, fuit, quae criminis, quod Sapphici nominis splendorem obuelaret, labem detersura, statueret, vatem iuuenis personam agentem odarium hoc in virginem, qua ille incaluerat, composuisse. Quam quidem de nostro carmine sententiam, quum haud faci-*

---

b) Quo minus ita statuamus, non impedit locus Plutarchi in Erotic. T. II. p. 763. nam quantum, quaeso, tempore distabat philosophus Chaeronensis a nostra vate! —

le admittat ipsa odarii indoles concitatior et natura non minus, quam mentis humanae ratio, tantae haud capax simulationis, num futurum sit, vt, quas nos sumus prolaturi de argumento atque obiecto carminis, coniecturae lectoribus non plane improbentur, expectemus.

Herodotus et Athenaeus, vt supra monuimus, autores sunt, Sapphonem indignantem ob perditum Charaxi in Doricham amorem hanc saepius carminibus suis petiisse et exagitasse. Nihil vero in argumento et carminis nostri natura reperitur, quod nos impediat, quo minus cum Pearce in not. ad Longin. odarium hoc ex illorum carminum numero esse, quibus Doricham Lesbia vates proscinderet, atque ipsam, quaecunque tunc, cum amantium interuenisset lusibus, animo furens passa sit, ea exprimere conari, statuamus. Ira, metus, ne pestifero Dorichae amore Charaxus plane consumatur, atque tenerrimus in eundem fratrem amor effecisse credendum est talem affectuum perturbationem, quae per cunctas odarii partes diffusa reperitur.

At cum plura, quae nec lubet nec possum vlterius nunc prosequi, huic interpretandi rationi opponi posse probe sciam, de alia magis forsan probanda litem intendo. Quidni odarium elegantissimum referamus ad puellam formosam, quae vel iuuenem, cuius amore Sappho ipsa capta tenebatur, amabat, vel quae venusta-

tis suae illecebris, vt iuuenis fidem Sapphoni datam frangeret, effecerat? Verendum erat, ne iuuenis, amore virginis alterius pellectus, huic solum viueret, neque vnquam amoribus pristinis incalesceret. Itaque sensus amoris summi et spe misere deiecti, metus et irae grauissimi in carmine erunt quaerendi. Quis vero est, quin tales animi motus per totum carmen, lyra terribili sono succinente, dimanasse, agnoscat? Οὐ θαυμαζεις, *inquit Longinus*, ὡς ὑπ' αὐτο την ψυχην, το σωμα, τας ἀκοας, την γλωσσαν, τας ὀψεις, την χροαν, πανθ' ὡς ἀλλοτρια διοιχομενα ἐπιζειτει; και καθ' ὑπεναντιως εις ἁμα ψυχεται, καιεται, ἀλογιςει, φρονει, ἠ γαρ φοβειται, ἠ παρ ὀλιγον τεθνηκεν, ἱνα μη ἑν τι περι αυτην παθος φαινηται, παθων δε συνοδος. c)

---

c) Similes huius carminis laudes reperies ap. Plutarch. amator. T. II. p. 763. — Cum toto carmine, quae comparentur, digna sunt loca Theocr. Idyll. II. v. 104-110. et Lucret. D.R.N. III, 153-157. VI, 1181. et Catull. carm. LI. quod imitationem odarii nostri exhibet. Hos omnes autem Sapphonem longissime post se reliquisse, leuis comparatio docebit. Ceterum moneo lectorem, me in constituendo carminis textu, variorum curis deprauato, secutum esse Brunckium. Qui variarum lectionum desiderat molem, adeat Wolfium, qui eam larga manu congessit.

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν
ἔμμεν ὠνὴρ, ὅςις ἐναντίος τοι
ἰσδάνει, καὶ πλασίον ἀδὺ φωνά-
σαι σ᾽ ὑπακούει,

5. καὶ γελάϊς ἱμερόεν· τό μοι 'μὰν

V. 1. ἴσος θεοισιν. Summae felicitatis descriptio, a natiua prisci aeui simplicitate repetenda. Inprimis vero feliciter amantes diis aequiparantur; cf. locum nostro simillimum Rufini ep. XXIV. Anthol. ed. Iacobs. III. p. 104.

Εὐδαιμον ὁ βλεπων σε· τρισολβιος ὁςις ἀκουει,
ἡμιθεος δ᾽ ὁ φιλων· ἀθανατος δ᾽ ὁ συνων.

praeterea cf. Sophocl. Electr. 150. Eurip. Hec. 354. sq. Lucian. T. I. p. 905. et Schrader ad Musaeum p. 151. sq. et Wolf. l. l. p. 230. qui nos ablegat ad Zinzerling promulſ. critic. Iuvenil. c. 40. p. 117.

V. 3-5. καὶ πλασιον - ἱμεροεν. — γελαϊς dor. pro γελαν, vt πειναϊς pro πειναν; cf. Gregor. de Dial. p. 294. §. LIII. ed. Koen. et Brunck. in sua Anacr. ed. p. 135. — ἱμεροεν, „amabiliter, ita vt tui desiderium excites," nisi forte rectius exprimitur per nostrum „*schmachtend*" ita vt lenis risus, gaudia Veneris appetens, innuatur; cf. Orph. Λιθ. X, 4. ςερνον ἱμεροεν, et quae monui supra ad Sapph. I. v. 27. Apoll. Rhod. III, 1023. Tollius laudat Musaeum v. 65. Aristaenetum I. ep. 1. p. 6. Alciphr. I. ep. 38. p. 178. vbi vid. Bergler. Prae ceteris vero cf. Horat. I. od. 22. v. 23.

καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν.
Ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς
οὐδὲν ἔτ' ἵκει·

Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem.

et Petrarcam ita canentem:

Non sà come Amor sana, e come ancide
Chi non sà come dolce ella sospira,
E come dolce parla, e dolce ride.

V. 6. καρδιαν — ἐπτοασεν. Cf. Musaeus. 97. ἔτρεμε μεν κραδιη. πτοεω de omnibus, quae animum percellunt, vsurpatur. Odyss. XXII, 298. των δε φρενες ἐπτοηθεν; et locus, vbi cupiditatis affectus iisdem coloribus adumbratus reperitur, Archilochi fragm. XXIV, Anth. Iac. I. p. 45. et inprimis Apoll. Rh. III, 962.

ἐκ δ'ἀρα οἱ κραδιη στηθεων πεσεν, ὀμματα δ'αὐτως ἠχλυσαν· θερμον δε παρηϊδας εἱλεν ἐρευθος.

V. 7. βροχεως. Aeol. pro βραχεως, ἐν βραχει, „cito." *Brunckius.* Huius enim lectionem, quam et Pearce probat, reliquis saniorem, recipere non dubitaui. Criticorum turbas de hac voce ortas inuenies ap. Wolfium, Fabrum et Harlesium in Anthol. gr. ad. h. l.

V. 7 et 8. οὐδεν φωνας ἱκει με pro: οὐδεν

ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα ἔαγε, λέπτον δ'
αὐτίκα χρῶ πῦρ ὑποδεδρόμακεν,
ὀππάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι, βομβεῦ-
σιν δ' ἀκοαί μοι·

καδδ' ἱδρὼς ψύχρος χέεται, τρόμος δὲ

φωνας ἐμης ἱκει, vt recte monuit Koeppen. l. l. cf. Herodot. I. c. 47. vbi legitur: ὀδμη μ' ἐς φρενας ἠλθε, pro ὀδμη ἠλθε ἐς φρενας ἐμας, vel ἐμȣ. Lucret. III, 156. „vocem aboriri"

V. 9. ἀ-λλα - ἐαγε. Tmeſis eſt, inquit Brunckius, κατεαγε μεν γλωσσα, et κατεαγε eſt pro κατηγε. Iliad. IV, 214. ἀγεν pro κατεαγησαν. Cf Lucret. l. l. „infringi linguam." Liuius I, 25. Pugnantibus Curiatiis et Horatiis, neutro, ait, inclinata ſpe, torpebat vox et ſpiritus. Bion. IV, 9. καμβαινει μευ γλωσσα.

V. 9. et 10. λεπτον - ὑποδεδρομακεν. „*Eſt mollis flamma medullas,*
Interea et tacitum viuit ſub pectore vulnus."
VIRG. Aen. IV, 66. 67.

Amorem cum igne per membra diffuſo comparari, omnibus notum et omnium linguarum vſu comprobatum. (Theocr. Id. XI. v. 51. coll. Ouid. Met. VII, 76-83. et Callim. epigr. VI. Anth. ed. Iacobs. I, p. 213. Meleagr. ep. LIX. Catull. XXXV, 15. L, 9. „tenuis ſub artus flamma dimanat." Horat. III, 19, 28. Carm. Tograi v. 23. Motannabbi XIII. v. 4. in Reiske: *Proben arab. Dichtkunſt.* p. 29. et Haphez in Ghazela e cod. Berolinenſi edita in Wahl. *Magazin für*

πᾶσαν ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας
ἔμμι· τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεύσα

---

bibl. or. Literatur. III. p. 108.) Miror igitur, Harleſium parum eleganter ad Anacr. XXIX, 20. in Anthol. gr. animaduertere, πυρ h. l. ignem eſſe, qui colorem rubrum iis, qui re aliqua afficiuntur, efficiat, vt docet Pearce ad loc. Sapph. ap. Wolf. p. 29. et Plutarch. ibid. p. 40. qui per ἐρυθημα πυρωδες explicat.

V. 13. καδδ' — χεεται. cf. Doruillium ad Charit. p. 380. 381. et Mimnerm. III, 1. Virgil. Aen. III, 175.

Gelidus toto manabat corpore ſudor.

V. 13-14. τρομος — ἀγρει. Virgil. Aen. VII, 445. „Tremor occupat artus;" coll. Aen. II, 121. — ἀγρει aeol. pro αἱρει cf. Heſych. ſ. v. ἀγρεται.

V. 14-15. χλωροτερα — ἐμμι. Grauis et elegans imago. χλωρος, proprie vt h. l. Graecis dicitur de colore herbarum flacceſcentium (Odyſſ. XVI, 47.) foliorum vel ſpicarum aridarum, quae priſtino vigore amiſſo pallorem quendam induunt. Hinc de pallore auri. vid. Mitſcherlich. Lectt. in Catull. p. 91. Hinc egregie transfertur ad luridum ſeu liuidum faciei colorem, affectuum vehementiorum, vt metus, amoris ac aegritudinis indicium in vultu expreſſum. Sic Heſiod. Scut. Herc. v. 265. Triſtitiam appellat χλωρην, et Homero Il. VII, 479. Metus eſt χλωρον δεος. cf. cel. Eichſtädt in Quaeſtio-

num philologicarum Specimine, Lipſ. 1797. 4. Cap VI, p. 62. et quem ibi attulit Salmaſium in Exercitatt. Plinian. T. I. p. 594. Gesnerum ad Quintilian. I, 2, 18. atque quos praeterea laudauit. — ποια „herba pallida" vel ipſae Cereris fruges. Theophraſt. hiſt. plant. Cap. VII, §. 9. Perizon. ad Aelian. V. H. XIII, 16. et Heſiod. Opp. et D. v. 741. ibiq. Interprr. ſenſus peruenuſtus: „Pallore tincta langueſco, vt herbae et ariſtae flaueſcentes ſuccidunt, collapſa animi deliquium patior." Imago nec Orientalibus ignota; vid. Iobi carmen V, 26. et XXIV, 24. et quae cel. Ilgenius monet in Iobi antiq. carm. hebr. nat. atq. virtut. p. 180. ſq. Mihi quidem haec perplacent. Sed ſenſum pulcri ac venuſti saepius in contraria ferri, hic quoque locus docet. Etenim Eichſtaedt V. D. eo, quem modo laudaui, loco p. 62. verba χλωροτερα δε ποιας, quae multorum auctoritate in textu recepi, neſcio quo iure „languidum" appellat „interpretamentum," atque χλωροτερα δε θαψω genuinam cenſet poëtriae ſcripturam. Coniecturae commendandae cauſa affert Theocr. Id. II, 88.

και μευ χρως μεν ὁμοιος ἐγινετο πολλακι θαψω, vbi Scholiaſta, cuius verba Wolfius quoque dedit in Fragm. Sapph. p. 98. haec annotauit: Ὁμοιος θαψῳ χλωρος, ξανθος. θαψος γαρ ἐςι ξυλον τι, ὁ καλειται σκυθαριον, ἠγουν σκυθικον ξυλον, ὡς φησι και Σαπφω κ.τ.λ. Huius quidem ſcholii ope expelli poſſe gloſſema, quod in vulgari lectione

Ἀλλὰ πᾶν τολματόν, ἐπεὶ πένητα...

lateat, non temeraria videtur esse suspicio, inprimis si contuleris Nemesian. Ecl. II, 41.

„Pallidior buxo, violaeque simillimus erro."

Coll. Ouid. Metam. IV, 134. Horat. Carm. III, 10, 14. Mea tamen sententia non erat, cur vulgarem vir doctissimus sollicitaret lectionem, cum Scholiastae verba non tam ad Theocriti ὅμοια θάψῳ et χλωρὸς explicationis causa addita, quam potius ad σκυθικὸν ξύλον referenda esse videantur, atque in vniuersum lubrica res sit aeque ac periculosa, tantillae cum sint carminum Sapphicorum reliquiae, locum quem innuit Scholiasta certo definire.

V. 18. Ἀλλὰ — πένητα. Hunc versum plures addunt cum Wolfio, quem vid. in Fragmm. Sapph. p. 33. Cel. Koeppen in *Gr. Blumenl.* II. p. 117. vbi nostrum carmen legitur, non sine veri specie coniicit, hunc antecedentia, et quae desunt subsequentia, intercessisse nexum: *So liebe ich sie!* (refert enim odam ad puellam a poëtria adamatam) — *Und sie liebt mich nicht wieder! Doch ich kann ia alles wagen, ihre Liebe zu gewinnen, da ich arm bin.* Dicta haec essent e Gnomicorum more. Haec quidem, si ea ratione, quam tertiam posuimus, interpretati fuerimus carmen, non valent, nec facile tunc quisquam, quomodo ea, quae desunt, supplenda fuerint, reperiet. Si vero ad Charaxum et Doricham retuleris carmen, nouae forsan coniecturae locus conceditur, qua pars

III. *)

Intempestiua reiicit puella Lesbia Mineruae opera; tenerum, quo peccat, amorem, matri ingenua et natiua simplicitate eloquitur.

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τι δύναμαι κρέκειν
τὸν ἱςόν,

odarii deperdita restaurari quodammodo possit. Apud Ouidium enim Heroid. XV, 63. Sappho dicit:

„*Arsit inops frater victus meretricis amore.*"

Quid igitur, si ita constitueris carminis ordinem? „Omnia quaeque audenda, cum fratrem inopia et turpi paupertate premi videam, tristissimam ei imminere sortem praesaga mente animaduertam."

*) Extat ap. Hephaest. de metr. p. 34. 20. — Cum toto cf. Antipatr. Sidon. ep. 9. Anth. Iac. II. p. 7. et adespoton simillimum ibid. IV. p. 141. n. 116. *b* et Horat. III, 12, 4.

Tibi qualum Cythereae
Puer ales, tibi telas, operosaeque Mineruae
Studium aufert, Neobule, Liparaei nitor Hebri.

V. 1. κρεκειν, „pulsare, plaudere, „v. c. citharam, lyram; Schol. Aristoph. ad Aues v. 683. — κρεκειν τον ἱςον, „percurrere radio (ἐκοι-

πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δι'
Ἀφροδίταν.

χεσθαι κερκιδι) arguto (μελπομενη, ἀοιδῳ, μολπατιδι ἀλκυονι, Doruill. ad Chariton. p. 253. Iacobs. ad Antip. S. ep. XXVI. A. I. II. 12. Brunckius ad Aristoph. Ran. 1316. Leonid. Tarent. ep. VIII. et IX. Anth. Iac. I. 155. ibique Iac.) telam adducto subinde, ad constipandum et condensandum subtemen insertum, pectine, vt malus textorius plaudendo sonum edat;" i. q. ὑφαινειν. cf. Eustath. ad Il. I, 433. 434. et locum class. Ouid. Met. VI, 33. ibiq. Heinsium, Senec. ep. 90. ante med. Tibull. II, 1. 65. Virg. Georg. I, 294. Aen. VII, 14. coll. Hom. Odyss. V, 63. et Ciris 179. atque doctissimas ad haec loca Cel. Heynii obseruationes, nec non Schneiderum v. tela, in indice Scriptt. R. R. p. 390. acute et diserte hac de re disputantem. Pauca et parui quoque momenti attulit Wolfius p. 230. et 231. Wahlius in sua carminum Sapphicorum versione, Erfurt. 1783. p. 222. ablegat lectores ad *Guys Literar. Reise nach Griechenland.* Th. I. Br. I. p. 38.

V. 2. ποθῳ δαμεισα παιδος. „Iuuenis absentis amore capta." Ammonius: Ερως και ποθος διαφερουσιν. Ερως μεν γαρ των παροντων, ποθος δε των ἀποντων. Cf. quae dicta sunt ad Sapph. I, 3. et Archilochi ep. 26. Anth. Iac. I. p. 45.

Αλλα μ' ὁ λυσιμελης, ὠ 'ταιρε, δαμναται ποθος.

βραδιναν aeol. pro ῥαδιναν, vt infra n. XIII,

IV. *)

Elegantiſſima amatoris compellatio; ſuauiſſimae, vt oculorum eius venuſtate deliniatur, preces.

Στᾶθι κἄντα φίλος,
καὶ τὰν ἐπ' ὄσσοις
ἀμπέτασον χάριν.

v. 4. βροδων loco ῥοδων legitur; cf. Euſtath. ad Iliad. II. p. 168. Male interpres in Stephaniana nouem Lyricorum editione per „acrem" expreſſit, atque accuratius Spanhem. ad Callimach. hymn. in Pallad. v. 72. p. 600. docuit, vocabulum ῥαδινὸς eſſe i. q. τρυφερος, „mollis, lenis, delicatus." Cf. Apollonius III. v. 106. et Meleagr. ep. 68. in Anth. Iac. I, p. 21. nec non Brunckius ad Theognid. 6. in Gnom. Poet. p. 275.

*) Seruatum ab Athenaeo XIII. p. 564.

V. 1. ἄντα aduerbium poëtis ſolenne, „coram, e regione;" hinc apud Homerum ἄντα τινος εἶναι vel ϛῆναι, in malam partem ponitur, vt ſit *aduerſari.*

V. 3. ἀμπετασον, „expande," verbum hac quidem in re ingenio Graecorum apprime conueniens, qui (Hom.

V. *)

Media nocte, inter amica Lunae silentia suum nostra expectat amasium. Cessat venire; et puella tristis querulas resonare iubet fides.

Δέδυκε μὲν ἁ Σελάνα
καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ

Il. I, 551. ibique Schol. et 562. III, 144.) non minus ac Orientales (Motanabbi XV, 1. Coran. Sura 52, 20.) oculis late patentibus delectabantur. Cf. *Hartmann über die Ideale weibl. Schönheit bey den Morgenländern. Düsseldorf.* 1798. p. 91. „Pascit vates amore avidos inhians in amasium visus." Lucret. I, 36. nec non laudandi versus, qui a plerisque Gallo tribuuntur:

Pande, puella, stellatos oculos,
Flexaque super nigra cilia.

*) Extat apud Hephaest. d. metr. p. 38. 1. Contulisse iuuabit Asclep. ep. XIV. Anth. Iac. I. p. 147. et Paul. Silent. ep. XXVIII. Ant. Iac. IV. p. 50. nec non audisse querulas Horatii voces, Serm. I, 5. 82. s.

Hic ego mendacem stultissimus vsque puellam
Ad mediam noctem expecto — —

Reliqua castis auribus reticenda.

V. 1-2. Δέδυκε — Πληϊάδες. „Occiderunt Luna et Pleiades." Haec verba tempus post

νύκτες, παρὰ δ' ἔρχετ' ὥρα·
ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

---

mediam noctem crepusculo matutino vicinum definiunt, quemadmodum Anacr. III, 2. Arcton facit notam mediae noctis. Cf. Virg. Aen. III, 511. sqq. et Odyss. V. 270. ibiq. Clarkius. De Pleiadibus cf. Zeunii animadv. in Anacr. p. 111. plura infra ad Myrus I, v. 9. inuenies.

V. 3. ὥρα. „Hora composita, qua lenes sub noctem susurri erant repetendi." Horat. I, 9, 19. 20.

V. 4. ἐγω-καθευδω. Ouid. Her. I, 7.

Non ego deserto iacuissem frigida lecto.

Si vatum Orientalium similes quaeris tali in re lusus, euoluas Cant. cant. c. III, 1. sq. V, 2.

Aliter, vt versus tetrametri essent, hoc fragm. cum Pauwio constituit Cel. Herman. de metris p. 329.

VI. *)

Somno sopita Sappho, vna cum Cypride, amabili socia, requieuisse thalamo somniauit.

Προσελεξάμην ὄναρ Κυπρογενεία.

---

*) Debemus hoc fragm. Hephaest. de metr. p. 40. 12. προσλεγομαι τινα, „alloquor aliquem," deinde, „lateri alicuius accumbo, praecipue colloquendi causa." Hom. Od. XII, 34. Hinc colligere mihi posse videor, errare huius fragmenti interpretes, qui vertunt: „Dormiui vna cum Venere;" cum potius sententia ita afferenda videatur: Recubui in somnis cum Venere, et miscui cum ea sermones. — Κυπρογενεια. De hoc Veneris cognomine Wolf. l. l. p. 241. sq. multus est. Sufficiat h. l. afferre verba Hesiodi Theog. 199. Κυπρογενη δ', (sc. eam vocant) ὅτι γεντο πολυκλυςῳ ἐνι Κυπρῳ. Cf. Ilgen ad Leonid. Tarent. ep. in Ven. Anad. Opp. phil. I, 1. p. 25. et Fischer. ad Anacr. LXII. 1.

VII. *)

A vatis aedibus luctus longissime absit. Festiuum sane Lesbiae effatum.

Οὐ γὰρ θέμις ἐν μεσοπόλων
οἰκίᾳ θρῆνον εἶναι
οὐκ ἄμμι πρέπει τάδε.

---

*) Extat ap. Max. Tyr. diss. VIII. p. 96. ed. Dauis. Quo minus, pro integro carmine habeamus, non impedit, quod in initio legatur γαρ. Elegantissime enim hanc voculam in principio orationis paulo vehementioris et concitatioris poni, multis veterum locis docuit Klotz ad Tyrt. I, 1.

V. 1. Οὐ — θεμις. Heinsius ap. Wolf. l. l. p. 71. monet, respexisse nostram ad opinionem veterum, qui Apollinem et Musas luctu profanari putabant, atque hanc in rem adducit locum Platonis L. XII. de Leg. p. 986. ed. Francof. de sepeliendo summo Apollinis sacerdote „θρηνων τε και ὀδυρμων χωρις γινεσθαι. —

V. 2. θρηνον. θρυνες, „naenias" h. l. non minus, quam infra Erinn. IV, 8. vbi vide annotata, indicare, inde probari videtur, quod Socratem Max. Tyrius ad nostrum fragm. coniugem, mortem filiae lugentem, Sapphus verbis erigere, refert. cf. de h. v. Pollux IV, 5. et Aristocles Rhodius ap. Ammon. p. 54.

VIII. *)

Inter symposii solemnia Sappho Venerem ipsam earis sodalibus pocula ministrare iubet.

Ελθὲ, Κύπρι, χρυσείαισιν
ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς

---

*) Seruauit Athenaeus XI. p. 463. E. — Ob argumenti similitudinem cf. Anacr. IV, 4. sq. qui Erota pocillatoris munere fungi iubet. Magis conueniret cum nostro loco Anacr. Od. XVIII, 12. si ex Stephani scriptura μυθις ναμαλος ἡ Κυπρις legendum esset; qua quidem in re vid. Fischer. ad Anacr. l. l.

V. 1-4. χρυσειαισιν — οινοχοευσα. Koeppen in Anth. gr. p. 112. itae struit verba: νεκταρ χρυσειαισιν ἐν κυλικεσσιν συμμεμιγμενον οινοχοευσα ἁβροις θαλιαισι, i. e. „vinum aureis in crateribus aqua delibutum, fundit ἁβροις θαλιαισι.“ Haec verba reddit per „*am lieblichen Feste*“ θαλιαν s. θαλειαν „festum“ et inprimis „epulas“ indicare solemnes ei largior; at de significatione vocabuli ἁβρος dubito. Prouocat ad Theognidis 466. ex ed. Brunck. in Gnomicis, quo in loco ἁβρα παθειν per „*fröhlich leben*“ explicat. Sed illo ipso loco coniicit Brunckius, adverbium παραςαδον in versu antecedenti obvium suppositum fuisse a pudico quodam ludimagistro; scripsisse vero Theognidem:

Τῳ πινειν δ' ἐθελοντι καλος παις οινοχοειται.

idque firmare videtur sequens ἄβρα παθεῖν, quod tunc de „lusibus Amoris parum honestis" accipiendum erit. Huc accedit, voc. ἄβρον, ab ἄβα, ἥβη, pubes, pubertas, descendens, primum denotare „tenerum quid et iuuenile, ac iuuentute ipsa amabile," peiori vero deinde sensu de „effoeminato et luxurioso" dici, nunquam autem pro „hilari et laeto" adhiberi. cf. Anacr. VI, 3. vbi in κωμῳ (vid. quae Cel. Ilgen de hoc carminum genere in disq. de scoliorum poësi p. 199-208 monuit, praefixa eius gr. scol. editioni) legitur μεθυομεν ἄβρα γελωντες, quod plane contra talium carminum indolem Fischerus ad Anacr. v. 5. et Koeppen l. l. per „hilarem esse, dulce ridere" explicuerunt, cum potius per „libere iocari," vt addit Fischerus, et „lasciuum tollere cachinnum," exprimerem. Verbum συμμεμιγμενον quoque, Koeppenii mentem secuti, parum accurate delectum a vate nostra reperiemus, cum tunc simplex potius μεμιγμενον ponendum fuisset. Quae cum ita sint, sic verborum ordinem constituere mallem: νεκτ. ἄβρ. θαλ. συμμεμ. ἐν χρυσ. κυλικ. οἰνοχοευσα. — Θαλιαι s. θαλος lat. „talea," cum de germine et ramo arboris commode accipi queat, non video quidni in verbis: νεκτ. συμ. ἄβρ. θαλ. cogitemus de „poculis vino impletis et tenera fronde redimitis," cum veteres pocula sertis impositis inter sacrorum et epularum solemnia coronasse constet. cf. Sophocl. Oed. v. 473. Virg. Georg. II,

νέκταρ οἰνοχοεῦσα
τούτοισι τοῖς ἑταίροις
ἐμοῖς γε καὶ 'σοῖς.

---

528. Probe quidem ſcio, heroici aeui temporibus hunc morem nondum obtinuiſſe; (Athen. I, 15.) at ſeriori aeuo eum receptum fuiſſe, nemo dubitat. Idem quidem Koeppen. *in ſeinen Anmerkungen zum Homer* ad Il. I, 420. p. 106. eandem poculorum corollis cingendorum conſuetudinem Homericae aetati vindicaturus ad verba κρητηρας ἐπεστεψαντο ποτοιο ſupplendum cenſet, μεστας, „plena meri pocula.” Ovidii M. IX, 238. comparans, atque Aen. I, 724. „vina coronant” per „cratera vini plena coronant” non ſatis accurate explicat. Cf. Athen. l. l. et ea, quae Cel. Heynius de veterum in conuiuiis moribus, larga et docta manu attulit ad Aen. I, 724. His hunc in modum conſtitutis, locum huic noſtro cum maxime parallelum inuenimus in Anacreon. V, 1. 2.

Το ῥοδον το των Ερωτων
αναμιξομεν Διονυσῳ.

vbi in voce ῥοδον de ſertis potius et corollis e roſarum floribus nexis cogitauerim, quam cum Fiſchero (qui Horat. II, 11, 14. adducit) de capillis roſa odoratis. Haphez, Perſarum ille mellitiſſimus Anacreon, in Ghazela a Wahlio in ſ. Magaz. III, p. 109. ed. non longe a Teio vate recedit.

V. 6. ἐμοις — σοις,

IX. *)

Parthenia virgini recens nuptae valedicit. Lusus nitidissimus et maxime festiuus.

Παρθενία, Παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ;

natiua addit elegantia et dulcedine. „Cari sodales et tui numinis strenui sunt cultores, mutuus nos omnes iungit amor."

*) Legimus hoc epithalamii fragm. apud Demetrium Phal. de elocul. n. 140. p. 89. qui simul elegantiam carminis laudat in eo conspicuam, quod Parthenia in altero versu suscipiat lepidam puellae interrogationem, eique conuenienter respondeat. — De epithal. veterum consulas Wolfium fr. S. p. 18. et Ilgen in disq. de scol. poesi supra laudata p. 37. et quos ille sibi excitauit autores.

V. 1. Παρθενία. Male statuit Victorius ap. Wolf. p. 56. Partheniam esse nomen virginis, nec multo melius Wolfius ipse per virginitatem expressisse videtur. Παρθενιαν appellari Dianam, in vulgus notum; (Callim. hymn. in Dian. 110) hinc virginem marito recens nuptam Dianam alloqui censeo, et cur

ουκέτι ἥξω πρός σε, οὐκέτι ἥξω.

---

recedat ab ipsa suaui simplicitate quaerere. Cf. locum nostro simillimum ap. Theocrit. Idyll. XXVII. v. 62. vbi sponsa etiam Dianam ita compellat:

Αρτεμι μη νεμεσας· ση ἐρεμιας ὐκετι πιςη.

οἴχω, οἴχομαι, (eo, abeo) saepius cum participio iungi solent, vt *ᾤχετ' ἰὼν, φευγων*; similiter etiam infr. Anyt. XIV, 4. *ᾤχετ' ἔχων* etc. atque ex his adiectis participiis inprimis significatio h. v. in quolibet loco dimetienda est.

V. 2. *οὐκετι ἥξω*, in responsione bis repetita lepos et iocus dulcissimus, summaque inest suauitas et elegantia.

X. *)

Sponſum, cui ſuauiſſima, quam amarat, puella contigerat, feliciſſimum noſtra praedicat.

Ολβιε γαμβρὲ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,
ἐκτέτελεσ', ἔχεις δε παρθένον, ἂν ἄραο.

---

*) Reperitur hoc epithalamii fragm. ap. Hephaeſt. p. 58. 2.

V. 1. γαμβρος. Pollux. Onom. III. c. 3. §. 31. Γαμβροι δε, ὁι ἐκ τȣ γημαντος ὀικιας, ὁιον πατηρ, και μητηρ, και ὁι ἀλλοι παντες κατα ταυτα, ὁι προς γενȣς τῳ ἀνδρι, atque ad hunc noſtrum locum reſpiciens §. 32. addit: Σαπφω μεντοι και τον ἀνδρα αὐτον γαμβρον καλει. Scholia minora Homeri ad Il. V, 474. γαμβρος ὁ γημας καλειται ὑπο των ὀικειων της γαμειθεισης.

V. 2. ἐκτετελεσ'. Verba τελεειν et ἐκτελεειν de nuptiis inprimis vſurpari, apparet ex Theocr. Id. XVII. v. 131.; pluribus hoc veterum locis probauit Spanhem. ad Call. hymn. in Apoll. v. 14. p. 57.

XI. *)

Pompam nuptialem auspicatura vates aedium foribus sponsi generosissimi aduentum annunciat.

Ὕψι δὴ τὸ μέλαθρον
ἀείρατε τέκτονες ἄνδρες.
γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηϊ,
ἀνδρὸς μεγάλω πολλῷ μείζων.

---

*) Extat ap. Demetr. Phal. de elocut. n. 148. p. 91.

V. 1. μελαθρον. 1) „tectum cubiculi." 2) „media cubiculi trabes." Odyss. XI, 277. XVIII, 279. 3) „tota domus." Eustath. ad Il. II, 414. λέγεται δὲ μέλαθρον μὲν κατὰ τοὺς παλαιούς, ἢ ὁ ὄροφος, ἢ τὸ μέσον τῆς στέγης ξύλον, ὅ, φασι, καλεῖται ὑπέρτονον, καὶ γίνεται ἀπὸ τοῦ μελαίνεσθαι αἰθομένου πυρὸς καπνῷ. ἐκ δὲ τούτου καὶ ὁ ὅλος οἶκος μέλαθρον. Hoc vero loco optime de „superiori forium parte" accipietur. — Catull. carm. LXII, v. 76.

Claustra pandite iuuenes!
Virgo adest.

Cf. praeterea splendidum Dauidis carmen, Ps. XXIV, 8. 10.

V. 3-4. γαμβρος - μειζων. De horum verborum elegantia non male monuit Demetr. Phal. l. l. et Victorius ap. Wolf. p. 53. qui Cicer. orat. pro M. Coelio c. 13. et Plaut. Casin. II, 3, 15. excitauit.

XII. *)

Andromedam deridet, quod moribus aspera rusticis vestem decenter colligere atque componere nesciat.

Τίς δ' ἀγροιῶτις θέλγει νόον
οὐκ ἐπισταμένη τὰ βράκεα
ἕλκειν ἐπὶ τῶν σφυρῶν;

---

*) Nitidum hoc fragmentum legimus ap. Athen. I. p. 21.

V. 1. ἀγροιωτις (Pollux. Onom. IX. c. 2. sect. 12.) „aspera moribus h. l. puella rusticitatis crimine notanda." Eustath. ad Od. XXII. p. 770. 28. γυνη χωρητικη ἐζωσμενη ἀγροικωτερον; et Sapph. fragm. ap. Wolf. p. 74. n. 54. τις δε ἀγροιωτιν ἐπεμμενα στολην. — θελγειν lat. „mulcere." Hesych. εις το θελειν ἀγειν. Cf. Odyss. XVIII, 282. θελγε δε θυμον μειλιχιοις ἐπεεσσι.

V. 2-3. οὐκ — σφυρων — βρακεα pro ῥακεα, vt supra Sapph. III. et XI. βραδιναν, et infra βροδων, loco ῥαδιναν et ῥοδων. — ῥακος, „laciniae, ima vestimenti pars," quam altius attrahere turpe ducebant veteres et rusticum. (Cf. Casaubon. ad Theophr. περι ἀγροικιας, qui ibi de hoc rusticitatis genere multus est.) Defluere potius debebat stola vsque ad pedes, et ima talis illudere palla. Tibull. III, 4, 35. — Iuuat adiicere metricam huius carminis versionem, quae apud Wolf. p. 69. n. 42. extat.

XIII. *)

Opibus affluentem, et lauta rerum suarum conditione tumentem virginem Sappho hoc carmine lacessit. Sacram se sciens esse Musarum et Apollinis sacerdotem, generosa superbia elata, carminum laude et nominis celebritate gestiens lyrico nisu ad aethera fertur; atque, Tua memoria, grandi carmine canit, temporum vorticibus abrepta penitus peribit, tristes Te prement manium umbrae. Me vero sera ad astra tollet aetas, nec fato defuncta obibo, nec Stygia cohibebor unda.

Κατθανεῖσα δὲ κείσεαι

Moribus quaedam male docta prorsus
Rusticis mentem fouet atque mulcet,
Quae talos nescit sinuosam ad imos
Ponere vestem.

---

*) Legitur hoc carmen apud Stobaeum Floril. Grotii p. 29. De occasione eius vid. Plutarch. II, p. 146. A. et 646. E. Praestantissimus Horatii odas, Carm. II, 20. et III, 30. cum nostra contulisse non poenitebit.

V. 1. κεισθαι vt lat. „iacere.“ Ouid. Met. VIII, 496. Tibull. I, 3, 55. esse i. q. τεθνηκέναι monuit Eustath. ad Il. XV. p. 1002. atque occurrit ita Anacreon. IV, 9. Bion. Idyll. I, 7. Eurip. Alcest. v. 899. Tyrt. I, 21. et II, 29. ibique Klotz.

ὀυδὲ τι μναμοσύνα σέθεν
ἔσσεται, ὀυδὲ ποκ᾽ ὕςερον·
ὀυ γὰρ πεδέχεις βρόδων,
τῶν ἐκ Πιερίας. ἀλλ᾽ ἀφανὴς
κὴν Αΐδα δόμοις φοιτάσεις.
ὀυδεὶς δὲ σε βλέψει πέδαυρον

---

et aliis in locis. In nostro autem loco vnâ mortis et calamitatis cum decore coniunctae notionem inuoluit; vti Iliad. XVIII, 121.

V. 4. πεδεχεις βροδων, aeol. pro μετεχεις ῥοδων — ῥοδα ἐκ Πιεριας i. q. μελη. Carmina enim cum floribus comparare vatibus solemne. Pindar. Ol. IX, 74. ἀνθεα ὑμνων, VI, 180. ἀνθος ὑμνων. cf. Iacobs. ad Meleagr. Carm. I. (vbi huius loci mentionem iniicit) et Norsid. XI. I. p. 129. Elegantius Sappho rosas, florum omnium pulcherrimas, delegit. Meleager. I, 6. Σαπφους βαια μεν, ἀλλα ῥοδα. Sensus: Sertis, quae Musae ex rosarum floribus nectunt, nunquam tempora cinxisti, i. e. ἀμουσος cum sis, nunquam gratam cum Musis contraxisti familiaritatem.

V. 6. φοιταν, „ire, abire, peruenire.“ v. c. ἐπι τας θυρας, Xenoph. hist. graec. L. I. c. 6. §. 7. et 8.

Οἱ δε βοης ἀϊοντες ἐφοιτων ἀλλοθεν ἀλλος.

Homer.

V. 7-8. ὀυδεις — ἐκπεποταμενων. Brunckius, quam in Analectis I. p. 57. probarat Wolfii lectionem παιδ᾽ ἀμαυρων spreuit

νεκύων ἐκπεποταμένων.

in Anacreonte p. 137. atque, nescio qua fretus auctoritate, πεδαυρον in textum recepit. Quae quidem mutatio textus, licet ex fertili ingenio Brunckii sit coniiciendo profecta, criticorum tamen seueritati probetur necesse est, cum ea acutam non solum brevitatem, sed maiorem quoque carmini elegantiam conciliari, nemo non intelligat. πεδαυρος, aeol. pro μετεωρος (Hesych. de quo vid. Valckenar. ad Eurip. Phoen. p. 373.) (vt πεδαιρω i. e. μεταιρω pro μετεωρον ἐιναι); 1) „sublimis“ (Cic. Acad. IV, 39. 41“ τα μετεωρα supera et coelestia siue τα ὑψηλα και ὀυρανια, vt Schol. ad Aristoph. Nub. v. 228.) 2) „in alto suspensus,“ 3) „volando elatus, vagus;“ quae quidem vocabuli notio tenenda erit h. l. quem ex mente Brunckii ita vertendum esse arbitror:“ Nemo te conspiciet amplius, cum ad manium turbam vagam auolaueris.“ Vides, eundem nobis offerri sensum, quem παιδ᾽ ἀμαυρων νεκ. Wolfii praebet, nisi quod difficiliori Brunckii lectione otiosum illud παιδ᾽ remoueatur, cum, quomodo librarius h. l. lapsus fuerit, in oculos incurrat. Wolfii lectione recepta vertenda sunt verba: „Nemo te puellam conspiciet, cum ad tenues vmbras auolaveris.“ ἀμαυρος. Odyss. IV, 824. ἀμαυρον ἐιδωλον, vbi Schol. ἀμαυρον· το μη βλεπομενον. ὁι δε ἁμα ταις ἀυραις φερομενον, ἀσθενες et Porphyr. Quaest. Hom. 9. του μαιρειν ἐστερημενον ἐιδωλον ἀμαυρον ἐφη, atque ἰχνη ἀμαυρα και ἀσαφη dixit Lucian. T. III. p. 9.; sunt igitur ἀμαυροι νεκυες i. q. νεκυων ἀμηνα καρηνα,

XIV. *)

Viro, quem iners iam premeret aetas, amores cum Lesbia puella iungere volenti, σαρκαστικῶς *regerit illa:* Την κατα σαυτον ἐλα.

Ἀλλ' ἐὼν φίλος ἄμμι, λέχος ἄρνυσο
νεώτερος·

Hom. „tenues sine corpore vitae.“ Virgil. Aen. VI, 292. „*Feebles sons of the wind*“ Ossian. Fingal. II. p. 36. 37. ed. Lips.

*) Legitur hoc fragmentum apud Stobaeum Serm. 69. p. 429. 19. vbi hunc in modum constituuntur hi versus:

Ἀλλ' ἐὼν φιλος ἀμιν λεχος ἀρνυσο νεωτερον·
οὐ γαρ τλασομ' ἐγω ξυνοικειν ἐσσα γεραιτερα,

quem verborum ordinem Fabricius quoque (Bibl. Gr. ed. Harles. II. p. 142.) amplectitur, non in flore aetatis nostram decessisse, sed senium attigisse, inde probaturus. Nos Vrsini lectionem manuscriptam tueri eo minus dubitauimus, quo magis carminis et rerum naturae conuenit. Nam aptius videtur esse atque concinnius, ita constituere carminis argumentum: „Si mei amore captus fueris, iuueni erat tibi ambiendus, nunc enim

ὀυ γὰρ τλάσομ᾽ ἐγὼν συνοικεῖν νέ' εὖσα γεραιτέρᾳ.

„nec amare decebit,
Dicere nec cano blanditias capiti."

Tibvll. I, 1, 71.

quam vice v. sententiam, sale satyrico conditam, penitus inflectere. Praeterea vero iuuenem, aniculae gratum facturum amorem eius affectare, illam recusare, habet, nescio quid, insoliti ac portentosi — — At — de gustu non est disputandum.

V. 1. ἄρνυμι, „quaero, desidero, eligo, comparo." Cf. Schol. ad Iliad. V, 553. qui ἀρνυμενω explicat per ἀντικαταλλασσομενω, περιαπτοντες et Schol. Arati ad v. 645. qui per περιποιȣμενος interpretatur. Wolf. p. 234. plura dabit.

XV.

Aristoteles Rhetor. L. I. c. 9. refert, Alcaeum, Sapphus venustate tepentem, votum pectore amore calenti fouisse, quod si esset elocutus, castam virginem offendisset. Pudore vocem occludente, narrat, Alcaeum nil nisi hoc dixisse:

Θελω τι τ' ειπεν, αλλα με κωλυει αιδως,

Sapphonem, quid vellet, diuinando assecutam, hos ipsi retulisse versus:

Αἰδ' ἶχες ἐς ἐσθλῶν ἵμερον, ἢ καλῶν,
καὶ μήτ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,

V. 1. ἱμερος, „desiderium," amantium inprimis. „Venire in desiderium honesti" etc. sic latin. *venire in spem.* De origine vocis ἱμερος cf. Fischer. ad Platon. Cratyl. 32. Vtinam, inquit Sappho, honestos exoptasses et decoros amoris lusus!

V. 2. κυκαν. Verbum hoc mentem affectus vehementia distractam optime exprimit; est enim i. q. γλωσσα ἐαγε Sapph. II, 9. Primum in vniuersum signif. „miscere, commiscere;" deinde „turbare, perturbare." Odyss. XII, 238. de maris aestu; tum, vt lat. „confundere" ad consternationem mentis transfertur. Iliad. XI,

αἰδώς κεν σε ὐκ εἶχεν ὄμματα,
ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

---

129. Τρωες ἐκυκηθησαν ſc. κατα φρενας, „confuſi ſunt animum." H. l. de „voce, metu et pudore intercluſa," vt turbate loquaris. Non ſatis accurate Wolfius per „trepidare" reddidit.

V. 3. ἔχειν ὀμματα, „tenere, occupare oculos, vt humi defigantur," ſignum pudoris.

V. 4. ἀλλ' — δικαιω. Apprime haec v. 2. opponuntur. Δικαια iam dicit, quae antea ἐσθλα et καλα erant.

XVI. *)

Aristo, Hennoclidae coniux atque Dianae neocoros gratum ac pium in Lucinam animum declaraturn, huic ipsi numini puerperarum tutelari puellae recens natae statuam consecrat, in cuius basi haec legebatur inscriptio. Puella infans loquens inducitur, anathematis vim exponit, atque vt Diana genus suum nominis celebritate et conditionis prosperitate ornare velit, precatur.

Παιδνὴ ἄφωνος ἐοῖσα τάδ᾽ ἔννεπω, ἄι τις ἔρηται,

V. 1. παιδνη ἀφωνος. Ita lego cum Dorvillio in Vann. crit. p. 193. sqq. quem Brunckius et Reiskius sequuntur. Alii alias, e penu sua depromunt lectiones, quas videre est apud Doruill. l. l. et Iacobs. in Comment. ad Anth. gr. Vol. I. pt. I. 182. sqq.

ἀφωνος respicit ad statuam e marmore vel aere elaboratam, non vero puellam fato defunctam innuit, quod de Pauw in fragm. Anacreont. n. 96. p. 309. probatur. Hic enim lectionem παιδος ἀφωνω, quae sensu caret, amplectens, „puella, inquit, statuam Dianae erigens ex voto, in medio opere diem obierat supremum: Quo factum, vt haeredes perficientes, quod

φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα περὶ ποδῶν.

---

illa inchoauerat, epigraphen hanc marmori inſcripſerint. — Mortua enim erat puella, quando haec marmori inſcribebantur, et cum ipſa iam eſſet muta, marmor eius adhuc loquebatur, et loqui poterat, interrogantes ſibi nactum." Verum enim vero, ſic anathematis conſilium et occaſio plane ignoratur, totum obſcuritatis nocte vrgetur, atque ex verſuum 4. 6. (ad quem locus de Pauw multum ſudauit et alſit) explicatione varie impedita, nemo vnquam ſeſe expediet. Satius erit ſtatuere, matrem infantis, quem vtero geſtabat, ſignum Dianae vouiſſe, atque cum filiam enixa eſſet, ſignum ipſum numini ex voto poſuiſſe. Omnia nunc clara. Puella, cuius imaginem ſtatua referret, erat Ariſtus et Hermoclidae filia, quae genti ſuae quaeuis generis bona tenera mente precatur. — Quum varia apud veteres donariorum loco in templis deorum ponerentur (cf. infra ad Noſſid. II.) non defuerunt quoque matres, quae infantum imagines et ſigna diis, inprimisque Dianae dedicarent. cf. hanc in rem Theaeteti epigr. 1. Anthol. ed. Iac. II. p. 227. quem ad h. l. conſulas, et Sueton. Calig. 7. Ariſtaen. II, 10.

V. 2. Φῶνα ἀκαμάτα (Theocr. Id. XI, 51 ἀκάματον πῦρ) „vox nunquam defectura" i. e. inſcriptio in baſi ſtatuae poſita (κατθεμένα) — κατατίθεσθαι „literis aliquid mandare," h. l. „aeri vel marmori incidere."

Αἰθοπία με κόρα Λατῦς ἀνέθηκεν
Ἀριςὼ
Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαοναϊάδα,
σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν· ἇ
σὺ χαρεῖσα

V. 3. Αιθοπια κορα Λητυς. i. e. Diana. Stephanum Byzantin. affert Iocobſius dicentem: Αιθοπιον· χωριον Λυδιας παρα Υλλω, πλησιον τυ Ευριπυ, ἀφ' ὗ ἡ Αρτεμις Αιθοπια. ὁι δε, ὁτι παρα τοις Αιθιοψι διαγυσαν Απολλων ἠγαγεν ἀυτην. ὁι δε ἀυτην τῃ Σεληνῃ δια το αἰθειν· ὡς Καλλιμαχος. ἀνατιθημι, „tollo, ſublatum ſ. ſuſpenſum conſecro, dico," peculiare de donariis veterum vocabulum; vid. infra de ἀναθημασι ad Noſſid. V.

V. 4. Ερμοκλειδαο. Bentleius ad hanc vocem ſubaudiendum cenſet θυγατερα, quod nolim; melius de Hermoclidae coniuge accipit. Dorvillius V. C. p. 184. et Iacobs l. l. qui de hac ellipſi plura diſſeruerunt, atque variorum ſcripta attulerunt, quibus adde Sturzii, V. C. libell. eleg. d. Nominibus Graecor. partic. I, p. 13.

V. 5. προπολος i. q. νεωκορος, ναοφυλαξ, Eurip. Ion. 112. „aeditua, quae templi curam gerit;" quo quum munere fungeretur Ariſto, additum quoque legitur: ἁ συ χαρεισα. — δεσποινα γυναικων, — ἁ γυναικων μεγ' ἐχει κρατος. Scol. XI. Anth. Iac. I. p. 90.

προφρων ἀμετέραν εὐκλέϊσον γενεάν.

V. 6. προφρων — γενεαν. Precatur infans, vt Diana genus suum, i. e. ipsius infantis, patris et matris prosperare velit. *Dorvill.*

XVII. *)

Meniscus pater Pelagoni filio, misero piscatori tumulum struit, instrumenta artis ei imponit, et hunc titulum subiungit:

Τῷ γριπεῖ Πελάγωνι πατὴρ ἀνέθηκε Μενίσκος,

*) Extat in cod. Vat. p. 286. et in *Florilegio diuersorum epigrammatum veterum, in septem libros diuiso, magno epigrammatum numero et duobus indicibus aucto* CIƆIƆLXVI. *excudebat Henr. Stephanus.* 4. p. 196. quam quidem Anthologiae Planudeae editionem in omnibus libelli nostri locis, vbi mentio iniicitur post Codicem Planudeae, secuti sumus. Wolfius in Fr. Sapph. ex Doruillii apographo edidit. — Digna sunt, quae ad hoc et sq. epigr. conferantur verba Herderi: „*Hier sprechen Sachen statt Worte; die Worte sind nur da, iene vorzuzeigen und mit dem Siegel einer stummen Empfindung, wie mit dem Finger der Andacht oder der Liebe, zu bezeichnen.*“ *Anmerkungen über das Epigramm in seinen zerstr. Bl. II. Samml.* p. 117. vbi de his carminibus pauca, sed docte, atque, vt solet, eleganter monuit.

V. 1. ἀνεθηκε male interpretati sunt Brodaeus et Doruillius ap.

κύρτον καὶ κώπαν, μνᾶμα κακοζωΐας.

Wolf. p. 78. 79. per „in lapide incidit, instrumenta monumento insculpsit." Moris enim erat apud veteres, arma, et alia, inprimis instrumenta artis, quam exercuerat defunctus, tumulo imponere, vel terrae infixa erigere, vel ea in ipso sepulcro condere. cf. Odyss. XI, 75. XII, 14. et Virgil. Aen. VI, 232. vbi vid. Cel. Heyn. Obss. Philipp. ep. LXXVI, Anth. Iac. II. p. 217. — Meniscus filio monumentum vitae parum feliciter actae parans, nassam et remum in eius tumulo reponit.

V. 2. κυρτος, „nassa." Sil. Ital. Punic. V, 48. *eine Fischreuse*. Hesych. κυρτος· αγγειον σχοινωδες, ῳ οἱ αλιεις χρωνται; και ταλαρον. Plurima de hac voce dicta manu nimis larga congessit Wolfius p. 243. sqq. — κωπα, „tonsa, remus." Pollux. Onom. I, c. 9. §. 98. — κακοζωϊα, „vita calamitatum et curarum mole grauata."

Η κακον ὁ γριπευς ζωει βιον, ᾡ δομος ἁ ναυς,
και πονος ἐστι θαλασσα, και ἰχθυς ἁ πλανος αγρα.

Mosch. Id. V. v. 9.

XVIII. *)

In Timadis tumulum, quam ante celebratos hymenaeos tristi fato consumtam carae lugent sodales, atque amoris in amicam tenerrimi causa crines deponunt.

Τιμάδος ἅδε κόνις, τὰν δὴ πρὸ γάμοιο θανοῖσαν
δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος.

---

*) Extat in cod. Vat. p. 285. Planud. p. 229. — Epigrammata eiusdem fere cum nostro argumenti reperies apud Parmen. n. 13. Anth. ed. Iac. II. p. 186. Leonid. Alex. ep. 41. ibid. II. p. 182. Perf. Theb. ep. 6. ibid. II. p. 5.

V. 2. Φερσεφονας κυανεος θαλαμος Hesych. κυανεος· φαιος, μελας. Anyt. XVIII, 4. Iacobsius ad h. l. hanc de puellarum morte dicendi formulam ex nostro l. ad plures manasse animaduertit, et ξανθης Φερσεφονης θαλαμον Simonid. ep. 103, inter alios et Burmannum ad Anthol. lat. Tom. II. p. 222. sq. adducit. Orcum enim pulcra et venusta quaevis surripere veteres rati, (cf. infra ad Erinn. IV. 3. et Bion. Id. I. v. 55. atque epigr. in Anth. lat. T. II. p. 111. non solum formulam: ἐρχεσθαι ἐς θαλαμους Αδε

ὡς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι
σιδάρῳ

---

de virginum nobiliorum fato adhibuerunt, (Leonid. Tar. ep. LXXXI, 3. Anth. Iac. I. p. 175. Eurip. Hec. 483.) sed puellas ipsas adeo νυμφας Αδȣ appellare consueuerunt. Sophocl. Antig. 810. Eurip. Hecub. 365-368. Achill. Tat. L. I, 13. p. 35.

V. 3-4. νεοθαγικομαν. — νεοθαγης, „recens acutus." νεοθαγης μαχαιρα Archestratus ap. Athen. VII. p. 306. δρεπανον νεοθηγες, Quint. Smyrn. IV. 424. — Comas vero in luctu posuisse innumera docent loca. Cf. Andronic. epigr. v. 3. Anth. Iac. III. p. 108.

αἱ δε, σεθεν φθιμενας, πολιες νεοθαγι σιδηρῳ
κειρατο γηραλεας ἐκ κεφαλας πλοκαμȣς.

praeterea vero Dionys. Hal. Antiqq. Rom. XI. p. 719. 44. Heliodor. Aethiop. VII. p. 338. Homer. Iliad. XXIV, 135. Odyss. IV, 197. ibiq. Clark. Callim. hymn. in Dian. v. 126. ibiq. Spanhemius. Bion. Idyll. I. v. 80. Ouid. Heroid. XI, 115. Iohnsonius in Epigramm. delectu. (Lond. 1706) p. 42. comparat Ouid. Metam. IV, 544. 545. Plura, si desideras, dabit Wolfius p. 80. et 81. --- De voce κεραος vid. infr. ad Myr. III, 4. Addere nunc liceat versionem Politiani, quae ap. Wolf. p. 80. legitur.

ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κό-
μαν.

---

*Timadis hic puluis, quae dulces ante hy-
menaeos*
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cunctae de vertice amatam
Aequales ferro subsecuere comam.

XIX. *)

Venustas corporis momentanea; — integer vitae scelerisque purus idem est venustus.

Ο μὲν γὰρ καλὸς, ὅσον ἰδεῖν πέλεται,
ὁ δὲ κἀγαθὸς αὐτίκα καὶ καλὸς ἔςαι.

---

*) Exhibet hoc fragmentum „ γνωμης formam referens, Galenus ἐν προτρεπτικω προς τεχνας c. 8. T. II. Opp. p. 8. B. ed. Paris. — Singula verba nulla difficultate laborant. Tale quid est Virgilii Ecl. II, 17.

O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

atque Theocr. Id. X, 28.

και το ἰον μελαν ἐντι, και τα γραπτα ὑακινθος.

XX. *)

Aurum, Iouis aeterna proles, mentem mortalium mulcet ac delinit.

Διὸς παῖς ὁ χρύσος

---

*) Citat hunc locum Pindari Scholiast. in Pythicis od. IV. v. 408. et poëtriae Lesbiae tribuit. Consentit cum eo Pausanias Arcad. c. 18. et Brunckius in Anal. III. animadv. p. 9. Schneiderus quidem in fragm. Pindari p. 93. n. 117. hoc fragmentum Pindaro vindicaturus, se Wolfii, Sapphoni illud tribuentis, diligentiam desiderare profitetur atque locum Procli ad Hesiod. p. 103. affert, vbi Plutarcho teste, Pindaro haec tribuitur de auro sententia:

κεινον ȣ σης, ȣδε κις δαμναται.

At licet Schneiderus, in Plutarch. vix errorem (quem Valken. in Animadvss. ad Ammon. L. II. c. 5. p. 102. ei tribuit) cadere posse, contendat, tamen vtriusque effati similitudo vix me adigere poterit, vt, quod Lesbiae vati eripiam, Pindaro tribuam, cum, quantopere poëtarum in auri laudibus elaborarint studia atque non raro maxime congrua reperiantur, constet.

V. 1. Διος-χρύσος. Ita texta constituo ad Scaligeri mentem cum

κεῖνον ἐ σῆς ἐδὲ κὶς, δάπτει,

Valkenario ad Ammon. p. 102. et Schneidero l. l. p. 94. cum Brunckius aliique ante Διος addant ὅτι, ex citationis formula repetitum. — „Iouis proles“ appellatur aurum, quia diuino fere apud mortales gaudet cultu, neque corruptioni est obnoxium. Cf. Theognid.

Τȣ (χρυσȣ) χροιῆς καθύπερθε μέλας ἐχ' ἅπτεται ἰὸς
ὀυδ' εὐρὼς· ἀεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρόν.

V. 2. 3. Magna hic interpretum de vera lectione ac verborum distinctione varietas. Valkenarius enim l. l. ita dedit hunc locum: κεῖνον ἐ σῆς, ἐδὲ κὶς, δάπτει· βροτεᾶν φρένα κράτιστον φρενῶν. Ad Magni Scaligeri mentem ita scribendum: κεῖνον ἐ σῆς ἐδὲ κὶς δάπτει, δαμνᾶται δὲ βροτεᾶν φρένα κράτιςον ἀφενῶν. Iacobsius vero ad Bacchylid. fragm. II. Commentar. ad Anth. gr. Vol. I. pt. I. p. 281. texta hunc in modum mutauit: κεῖνον ἐδὲ σὴς, ἐδὲ κὶς, δάπτει δὲ βροτεᾶν φρένα κράτιςον ἀφενῶν. Ego cum Brunckio hoc fragmentum ita proferre malui, vt emendauit Toupius ad Suid. II. 161. omisso tamen τῳ ὅτι, quod ab initio legitur, cum Valkenarii et Scaligeri mutatio textus sensum praebeat parum elegantem et commodum, Iacobsii autem emendatio, quae Scaligerianae quoad sensum proxime accedit, non magis facilitate conspicua, ideo videatur instituta, vt coniecturae in Bacchylidis loco allatae Sapphus

verba fauerent, non vero, vt fragmentum ipsum castigatius et magis laeuigatum exiret. σης „tinea." Hesych. σης· σκωληξ, ὁ ἐν τοις μελισσιοις γινομενος και ὑφασμασι. Aristotel. de hist. anim. V, 32. Wolf. p. 239. plura suppeditabit.

κις „cossus, curculio." Hesych. κις· ζωυφιον ἐν τοις ξυλοις και τῳ σιτῳ γινομενον. Etymol. M. κις· θηριον ἐςιν ἐσθιων πυρες και κριθας.

δαπτειν, „arrodere" i. q. ἀφανιζειν. Matth. VI, 19. 20. quod verbum melius conuenit tineis, quam illud δαμναν Pindari ap. Schneid. l. l. p. 94.

XXI. *)

Opulentiae virtute comitatae laudes.

Πλȣ̃τος ἄνευ ἀρετῆς ȣ̓κ ἀσινὴς πάρ-
οικος.

---

*) Affert haec Schol. Pindari ad Olymp. II. 96.

Ο μαν πλȣτυς ἀρεταις
δεδαιδαλμενος
Φερει των τε και των
καιρον, βαθειαν ὑπεχων
μεριμναν ἀγροτεραν,
ἀστηρ ἀριζηλος, ἀλαθινον
ἀνδρι Φεγγος.

quem locum prae ceteris rectius explicuit Cel. Beckius in Comm. de Interpr. V. S. I. p. 15.

V. 1. ἀρετη Graecorum etsi apud Pindarum et Homerum saepius quamlibet facultatem indicet, quae ei inesse debet, qui suo nomine dignus esse cupit, hoc tamen loco vitae animique integritatem indicari malim. — ἀσινης, „qui nihil

Ηδ' ἀμφοτέρων κράσισι εὐδαιμονίας
ἔχει τἄκρον.

---

nocet." Xen. Cyrop. I, 4, 7. Socrates ap. Stobaeum Serm. III. p. 48. 46. Ουτε ἱππῳ χωρις χαλινȣ, ὐτε πλȣτῳ χωρις λογισμȣ δυνατον ἀσφαλως χρησασθαι.

XXII.

ΓΡΙΦΟΣ a) ΕΙΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ. b)

Εςι φύσις θήλεια βρέφη σώζȣσ᾽ ὑπὸ κόλποις.

---

a). Γριφος ab αἰνιγμα ita differre videtur, vt hoc „dictionem ſeu quaeſtionem reconditam et ſubobſcuram quamcunque,“ illud „quaeſtionem perplexam in conuiuii ſ. ſympoſii celebritate prolatam“ denotet. Schol. Ariſtoph. ad Veſpas v. 20. τȣ παροινιȣ ζητημα. Moeris Atticiſta: Γριφοι τα ἐν τοις ποτοις προβαλλομενα ζητηματα. Ex quibus, inprimis ſi Athenaeum adiunxeris Lib. X. p. 448. γριφος erit „quaeſtio iocoſa ac perplexa, quam conuiuae perſcrutari, et acie mentis ſoluere iubentur, eaque praemii, aut multae gratia, in medium prolata.“ Vix itaque Pollux Onomaſt. VI, 19. iure contendit, griphum ſemper debere ſerium eſſe, cum aenigmati ſemper iocoſum quid adhaerere debeat. Quod diſcrimen potius duo, quae forſan conſtitui debent, (vid. Cleobulin. aenigm.) intercedere videtur. At cum eodem Polluce conſentire videtur Suidas: Γρυφος, inquiens, το δικτυον, λεγεται δε και ὁ δυσκολος και ὁ συμπεπλεγμενος λογος, ὁ ἐχων παθος ἐν ἑαυτῳ φαινομενον.

b) Affert hunc de epiſtola griphum Antiphanes in fabula Sapphus, teſte Athenaeo X. p. 450. atque Euſtath. ad Il. VI, p. 488. 15

αὐτῆς· ταῦτα δ' ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνὸν
καὶ διὰ πόντιον οἶδμα, καὶ ἠπείρου διὰ πάσης
οἷς ἐθέλει θνητῶν· τοῖς δ' οὐ παρέουσιν ἀκούειν
ἔξεστι, κωφὴν τ' ἀκοῆς αἴσθησιν ἔχουσιν.

---

eum diserte Sapphoni tribuit. Licet Antiphanis auctoritas h. l. fere sit nulla, Eustathio tamen praeeunte, et ipsa griphi elegantia suadente carminum et fragmentorum Sapphicorum seriem claudat.

V. 1. κολπος, „sinus." De vestibus veterum sinuosis vid. infra ad Noss. III, 2. h. l. eleganter hoc vocabulum adhibetur de tabula plicatili, cuius descriptionem vide ap. Herodian. Hist. I, 17. et Schwarz de libris plicatilibus, p. 93.

V. 2. βοη γεγωνος „vox clara," a γεγωνεω, „intentius clamo, vt e longinquo audiaris;" (Il. XI, 6.) hinc particip. γεγωνως, quod Hesych. per κραξας, et adj. γεγωνος, quod idem ille per ἐξακουστος, μεγαλοφωνος explicuit. Sic γεγωνος μελος Aelian. V. H. II, 44. vbi vid. Kühn. Eustath. ad Il. XII. p. 909. et Doruill. in Vann. cr. p. 150. sq.

V. 3. οἰδμα· pro οἰδημα i. q. οἰδος, „tumor;" poëtis inprimis de maris aestuantis et procellae tumentis fluctibus dicitur; quemadmodum οἰδματα pro κυματα posita esse, Iacobsius docuit ad M. Argentar. ep. XXXIII, 4.

Λ Υ Σ Ι Σ.

Θήλεια μὲν γοῦν ἐςὶ φύσις ἐπιςολή.
Βρέφη δ' ἐν αὐτῇ περιφέρει τὰ γράμματα,
ἄφωνα δ' ὄντα τοῖς πόῤῥω λαλεῖ,

---

4. A. I. II, p. 250. Hinc nostro loco ποντων οἰδμα idem erit quod ποντια κυματα apud Aeschyl. Prometh. vinct. v. 89.

ἤπειρος, „terra continens;" proprie απειρος γη. Hesych. ὁδος απειρος Odyss. XIII, 236. III, 90. Il. I, 485. vbi aperte opponitur mari, vt h. l. Addaei ep. 10. Anthol. ed. Iac. II. p. 226. Anyt. V. Schol. Thycyd. ad l. l. sat. 5. et Schol. Apoll. Rhod. ad L. IV. v. 71. et praec. Spanh. Obss. ad Iulian. imp. Orat. I. p. 122. sq. Ad idem fere redit, quod Palladas Alex. Anth. Iac. III. p. 140. n. 125. canit:

τα χαραγματα χειρος
συμβολα της ψυχης τηλοθεν αχνυμενης.

Λυσις. Apud Antiphanem subiicitur interpretatio non minus perspicua senis acuti quidem, sed cuius acumen iuueni Sapphoni non probatur. Haec reprobat eius mentem, atque perplexam griphi quaestionem summa arte ita soluit, vt singula singulis exacte respondeant.

Nitida Herderi huius griphi versio (*zerstreute Blätter II. Samml.* p. 58) ita fluit:

σοῖς βούλεθ'; ἕτερος δ' ἂν τύχῃ τις πλησίον
ἑςὼς ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἀκούσεται;

Kennet ihr eine Mutter? Sie trägt viel Kinder im Schooſse
ſtumme Kinder, und doch ſprechen ſie tönen den Schall.
Ueber das Weltmeer hin und über die Weite der Erde,
wenn ſie wollen; es hört auch der Entfernete ſie.
Selbſt der Taube vernimmt der Kinder ſchweigende Sprache
und erzählet es laut, was ihm die Stummen geſagt.

Antwort.

Ein Brief iſt dieſe Mutter. Trägt ſie nicht
In ihrem Schooſse viel der Kinder, die
Weit über Länder, über Meere weit
Abweſenden zuſprechen: ſelber ſtumm;
Doch wer ſie lieſet, hört er nicht ihr Wort?

II.

ERINNA.

F 2

Γλυκυς Ηριννης παρθενοχρως κροκος.

II.

Erinna.

Erinna [1] ex insula Lesbo, [2] vt plerisque visum est, genus ducens, iisdem fere quibus Sappho, quacum familiaritate coniunctam aequalemque perhibent Suidas et Eustathius,

---

1) De omni eius vita vid. Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 120. Olearius in diss. de Poëtr. gr. in Wolfii Nov. illustr. foemin. Fragm. et Elog. Hamburg. 1735. p. 153. n. XXXI. Reiske in Notit. poët. ad Anthol. Cephalae p. 215.

2) Lesbiam diserte Tatianus in Orat. adv. Graec. sect. 52. p. 113, ed. Oxon. dicit: Ἠρινναν την Λεσβιαν ἐχαλκουργησεν Ναυκυδης· id quod et epigramma ἐις Ἠλακατην Ἠριννης (Adesp. 523. Anth. Iac. IV. p. 228.) innuere videtur; eidem sententiae et Fabric. l. l. subscribit. Nec Eustath. ad Il. II. 726. p. 699.

temporibus vixit, 3) ita vt et ipsius aetas fere ad Olymp. XLII. vel DC, et quod ex-

---

ed. Polit. Suidas in Ηϱιννα et Schol. Anthol. I. tit. 67. epigr. 14. hoc negant, quamquam in eo fluctuant, vt vel Lesbiam, vel Teiam, vel Rhodiam, vel denique Teliam dicant. Vnus Stephanus Byzant. πεϱι πολ. in Τηνος, Teniam eam facit.

3) Suidas s. Ηϱιννα. Ην δε εταιϱα Σαπφους και ισοχϱονος. Eustath. l. s. l. Ην δε (Erinna) εταιϱα Σαπφους, quocum ad verbum consentit Schol. Anthol. l. commem. His accessit Olear. l. l. nec Fabric. alienus videtur, aduersantibus quidem Eusebio in Chron. s. qui eam circa Ol. CVI. vixisse contendit, et Syncello in Chronogr. p. 260. A. ed. Paris; qui ad Ol. CVII. et Demosthenis aetatem ipsam profert, quibuscum et Wolfius facit; et Reiskius l. supra l. qui quidem apud Eusebium pro ϱς legendum suspicatus ϱξ vt cum Od. εις Ρωμην, quam non in fortitudinem, sed in vrbem Romam scriptam esse pro re confecta habet, tum epigr. in Myronem poetriam (quod Anyzae tribuendum esse infra docebimus) Erinnae vindicet. Quam quidem rationem, vt seriori aetati Erinnam adscriberent, quotquot illam εις Ρωμην odam ad vrbem Romam pertinere temere asseruerint, secuti sunt; vel adeo, id quod nec Reiskio displicuisse videtur, plures Erinnas fuisse, contendere, vid. Wolf. Nov. ill. foem. Fr. et El. p. 14. Erinnam praeterea nostram eandem esse cum. M. Tyrii Gyrinna, quem diss. XXIV. p. 297.

currit, annos a. C. n. referenda videatur. Tantum autem ipsa inter celeberrimas Graeciae poëtrias nacta est nomen, vt, licet innupta adeo et admodum iuuenis, quippe quae vix annos nata esset vndeuiginti, immatura morte consumta discesserit; 4) Homeri tamen grandiloquentiam suis hexametris attigisse, et Sapphonem adeo, lyrici quidem carminis arte ipsa superiorem, hoc carminum genere longe post se reliquisse diceretur. 5) Non itaque mirum, quod Naucydem eius statuam fabricatum esse, a Tatiano 6) literis traditum reperiamus.

---

ed. II. Dauis. amicam Sapphus ille commemorat, Heinsius ad Ouid. Her. XV. 17. suspicatur quod Dorvillius quidem in Vann. crit. p. 528. reprehendit, argumentis tamen ille contra Heinsium vti noluit.

4) Asclep. epigr. 35. Anth. Iac. I. p. 152.

Ο γλυκυς Ηριννης ȣτος πονος, ȣχι πολυς μεν
ὡς ἀν παρθενικας ἐννεακαιδεκετευς,
ἀλλ᾽ ἑτερων πολλων δυνατοτερος· ἐι δ᾽ Αϊδας μοι
μη ταχυς ἠλθε, τις ἀν ταλικον ἐσχ᾽ ὀνομα;

Cf. Eustath. l. l. et Suid.

5) Adespot. 523. Anth. Iac. IV. p. 228.

Λεσβιον Ηριννης τοδε κηριον· ἀδυ τι· μικρον,
ἀλλ᾽ ὁλον ἐκ Μȣσεων κιρναμενον μελιτι.

Carminum autem, quibus nostram hanc sibi famam comparasse scimus, sine dubio praestantissimum, idemque heroico genere et aeolica doricaque dialecto trecentis versibus conscriptum, quod Ἠλακατην siue Colum dixit, 7) prorsus deletum esse, et vix vnum et alterum, quod temporis iniuria nobis non inuidit, ad nostram aetatem peruenisse, iure dolemus. Hae tamen vatis nostrae reliquiae, quae, quotquot fuerint, exhibuimus, quam diuinum ingenium, qui pulcri ac venusti sensus tenerrimi ipsi contigerint, facile cuivis persuadere poterunt.

ὁι δε τριηκοσιοι ταυτης ςιχοι ἰσοι Ομηρῳ,
της και παρθενικης ἐννεακαιδεκετευς,
ἡ και ἐπ' ἠλακατῃ μητρος φοβῳ, ἠ και ἐφ' ἱςῳ
ἑςηκει, Μȣσεων λατρις ἐφαπτομενη.
Σαπφω δ' Ηριννης ὁσσον μελεεσσιν ἀμεινων,
Ηριννα Σαπφȣς τοσσον ἐν ἑξαμετροις.

Cf. Eustath. et Suid. l. l.

6) Vid. s. not. 2.

7) Vid. Suid. et Eustath. l. supra l.

I.

ΕΙΣ ΤΗΝ ΡΩΜΗΝ. a)

Erinna, cum aliquando Deorum pariter atque hominum res, heroica aetate gestas, contemplata in hanc cogitationem incidisset, vbicunque fortitudinem, atque corporis vires praeualuisse, imperia obtinuisse, summasque rerum gubernasse, admiratione perculsa et patriae religionis sensibus commota praestantissimam hanc odam fudisse mihi quidem videtur. Hinc ipsam Fortitudinem Deam, non urbem Romam, vt nonnulli iudicauerunt, b)

---

a) Seruauit nobis hoc odar. Stobaeus Ecl. Eth. Serm. VII. de Fortitud.

b) Huic opinioni fere sine vllo argumento subscripserunt H. Stephanus in Lyric. p. 403. Iustus Lipsius de Magnitud. Rom. L. I. c. 2. Casp. Barthius ad Claudian. p. 27. et Reiskius in Anthol. Ceph. p. 213. vt alios omittam. Sed si modo ea Erinnae aetas competit, vt Sappphus aequalis fuerit, id quod ostendimus, et si ipsa hoc carmen composuit, de quo cur dubitemus vix esse potest, illorum sententia omnino reiicienda videtur, quod Grotius in Metaphr. p. 48. et Fabric. in Bibl. gr. Stobaeum secuti fecere, nec Brunckius in Anacr. alienus videtur, quanquam ob criticas rationes fluctuat. vid. h. od. v. 19.

celebrantem, tantum abest, vt tenui carmine impeditam videamus, vt potius ad heroici carminis sublimitatem euectam admiremus. Ipsam Deam, Martis filiam, summamque reginam, cui Fatum hanc regiam potestatem tradiderit, quae terra marique suum imperium nulli temporis mutationi obnoxium exerceat, et sola viros bello claros proferat, quibus natiuas opes terrae fruges, metat ac condat, magnifice hac oda praedicat.

Χαῖρέ μοι, Ῥώμα, θυγάτηρ Ἄρηος,

V. 1. Ῥώμα. Cum priscis heroum temporibus magnae corporis vires et insignis in bello fortitudo summa et fere sola bona iudicarentur, facile iis, quos ita exstructos viderent, summos honores concessere, cum in militia, tum, finito bello, in republica administranda. Qua ratione cum Fortitudinem seu ἀνδρείαν tantas res gerere viderent antiquorum temporum homines, non mirum videri debet, quod Deam venerati sint, cum temporis ratio ita ferret, vt, si quid magni et ardui in rerum natura deprehendissent, Diis illud Deabusque adscriberent. — θυγατηρ Ἀρηος. Cum caussarum et effectuum mutuas relationes ita explicarent, vt illas hos, tanquam parentes filios, gignere dicerent, vel hac ratione fortitudinem, quam inprimis bello excitari, ali et augeri animaduertissent, belli seu Martis filiam dicere potuere, vt simili modo Δειμος et Φοβος ipsius filii (cf. Hesiod. Theog. 933. Il.

χρυσεομίτρα, δαΐφρων ἀνάσσων.

XIII, 299.) et perpetui comites (Iliad. XV, 119. ſcut. Herc. 463.) nominantur; vel, ſi mauis eatenus, quatenus in tali heröe, qualem Martem finxère, ſumma virtus in fortitudine et corporis robore poſita eſſe debuit, ita vt quam in eo inueniſſent virtutem, ex vſu loquendi, filiam eius appellarent, vt et Ἁρμονια Marte genita dicitur Heſ. Theog. 933. quoniam ſine dubio haec inprimis bellantium virtus eſſe debet. (Aliter haec Herrmannus, *Handbuch der Mythol.* I. Th. p. 260. ſumit.) Cf. de Marte eund. Th. I. p. 200. ſqq. et de Roma p. 98.

V. 2. χρυσεομιτρα. Teſte Homero heroes in inferiori corporis parte μιτρην aere obductam gerebant (cf. Il. IV, 216. ſqq. V, 857.) quam thorax tegebat, qui zona (ζωνη, ζωστηρ) cingebatur Il. IV, 134. (cf. Koeppen ad h. l.) et IV, 185 et 213. melius h. l. cum Hermanno l. l. II. p. 100. Koepp. *gr. Blumenl.* II. p. 121. ſub μιτρα ζωνην ſ. ζωστηρα intelligi puto, et Heſych. quoque: μιτρα· ἡ χαλκη λεπις, διαδημα, ζωνη, θωραξ, ταινια. Sic Lycophr. Alex. v. 997. Amazonem χαλκομιτρην appellat, vbi Tzetzes πολεμικην addit cf. Oppian. Cyneg. II, 2. vbi Diana χρυσεομιτρα dicitur; male Barth. hoc ad auro inducta Romanorum templorum tecta retulit. — δαΐφρων, Schol. min. ad Il. II, 23. πολεμικον φρονημα ἐχων, et ad Odyſſ. I, 48. πολεμοφρων, δαὶς γαρ ἡ μαχη. cf. Il. II, 60. 875.

σεμνὲν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς Ὀλύμπου
αἰὲν ἄθραυστον.

6. Σοὶ μόνα πρεσβίστα δέδωκε Μοῖρα

V. 3. ἐπὶ γᾶς. Supra terram elata. Rome Olympum, vtpote Dea, habitat. Sic optime Grotius in verſ. h. od. vid. Wolf. ad h. l.

V. 4. Ὀλυμπ. αἰεν ἀθραυστον, „immotus, inconcuſſus" ſtat Olympus; ſic Odyſſ. VI, 42. θεων ἑδος ἀσφαλες αἰει, cf. Clark. ad h. l. et Odyſſ. IV, 79. vbi ἀθανατοι Διος δομα occurrunt. Eurip. Phoen. 1090. iungit. ἀθραυστ. et ἀκανηςπαστα: et Cycl. 291. ἱερος τ' ἀθραυς. Quae cum bene ſe habeant, nolim hanc lectionem ſollicitare, et vt grandius ſcilicet oratio ſonet, ἀθραυστας, quod codd. nonnulli exhibent, recipere, quam vocem rebus malim reſeruare, quam perſonis.

V. 5. Μοιρα. Μοιραι, quarum tres commemorantur, hominum adeoque Deorum ſortes ac fata conſtituunt, Heſ. Theog. 218. et 904. Odyſſ. VII, 196. vnde Orph. Hymn. LVIII, 18. παντοδοτειραι, ἀφαιρετιδες θνητοισιν .. ἀναγκη dicuntur. Triſtes ac crudeles (Hom. Il. XIX, 87.) vetuſtiſſimis temporibus deſcribebantur. Nocte ipſa natae, (Heſ. Theog. 217.) ſeriori demum tempore e Ioue et Themide oriundas finxere, (Heſ. Th. 904.) cum ordine quodam iuſto cuncta gubernari animaduertiſſent: hinc et ſapientes dixere. Pind. Nem. VII, 1. Saepius et nonniſi vna earum occurrit, eaque ſummum fatum, cui cuncta ob-

κῦδος ἀῤῥήκτῳ βασιλῆον ἀρχᾶς,
ὄφρα κοιρανῆον ἔχοισα κάρτος
ἁγεμονεύῃς,
Σᾷ δ' ὑπὸ σδεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων

---

noxia sunt, significat. cf. *Nitsch mythol. Wörterbuch* p. 1579. et eiusd. *Beschr. der Griech.* II. p. 332. — Μοιρα πρεσβιστα h. e. „veneranda." Affert Wolf. ad h. l. hoc Schol. (Cf. Eustath. ad Il. IV. 59.) πρεσβυτατος, ὁ τιμιωτατος, και σεμνοτατος, quibuscum Hesych. conspirat. — Haec et vsus loquendi aperte confirmat; sic apud Homerum Iuno πρεσβα θεα audit, Il. XIV, 243. cf. Hes. Theog. 363. et Alciphronis scolion, quod est XXVII. in Scol. et carm. conuiual. Graec. a Cel. Ilgen ed. quem ipsum vid. ad h. l. p. 120. et d'Arnaud Animaduv. p. 87. male itaque Lipsius in interpr. h. carm. de antiqua eius aetate intellexit. — Licet vero alias Iupiter bonis ac honoribus distribuendis praesit, (Il. XXIV, 527. Hes. Theog. 412. 885.) egregie tamen hic Μοιρα hoc munere fungitur, cum interdum Iupiter ipse e Parcarum arbitrio pendere videatur. Aristoph. Av. 1731. et Pindar. fragm. a Schneid. coll. p. 79. fr. LXIX. vt et Mars e fragm. Bacchylid. vid. Iacobs. Anthol. gr. Tom. I. p. 82. 1. Sic et Diana Ειλειθυιας munus a Parcis accepit. vid. Callimach. hymn. in Dian. et Spanhem. ad h. l.

V. 6. κυδος βασιληον αρχας, pro κυδος βασιλικης αρχης.

V. 9-11. σα-σφιγγεται. Sublimis sane imago, in qua Orienta-

στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
σφίγγεται, σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾷς
ἄστεα λαῶν.

---

lium magniloquentiam graeca elegantia temperatam coniunctamque reperimus. Ex eadem vena Pindarus Olymp. XII, 4. de fortuna haec;

> Τιν γαρ ἐν ποντῳ κυβερνωνται θοαι
> ναες, ἐν χερσῳ τε λαιψηροι πολεμοι,
> κἀγοραι βουλαφοροι.

ζευγλα, Schol. Apollon. Argon. III. v. 232. του ζυγου τα ἐπι τους αὐχενας των βοων ἐπιτιθεμενα, οἱ μεν ζευγλη, οἱ δε μεσσαβα λεγουσι. eadem habent Hesych. et Etymol. M. — λεπαδνα. Hesych. λεπαδνα· ἱμαντες πλατεις, οἱς ἀναδεοντο οἱ τραχειλοι των ἱππων προς τον ζυγον· plura vid. ap. Wolf. Quod si itaque his duobus ζευγλη και λεπαδνοις iugum efficitur apte verbum σφιγγειν, „constringere," adhibuit vates, nec a partibus Cel. Herrmanni stare possum, qui *Handb. d. Mythol.* II. p. 100. „fraena" h. l. commemorare putat. — στερνα γαιας propr. pectora terrae, satis accommodate. — πολιας θαλ. πολιος propr. de „canis senum crinibus," vt Anacr. XXXIII, 2. ibiq. Fischer. tunc, quum vento fluctus albescant, mare tempestatibus concitatum πολιον dicitur Schol. min. ad Iliad. I, 350. λευκης, δια τον ἀφρον. (Magis acute, quam vere disputat ad h. l. Eustathius.) Cf. Anacr. fragm. LVIII, 2. et Lucret. II, 766. Ergo diua Ρωμη et tur-

Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰών,
καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως,
σοὶ μόνα πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς
οὐ μεταβάλλει,

---

bidum mare coërcet cf. Iobeidos Rapsod. XXV. ex Ilgen. descript. et Ies. XL, 12.

κυβερνας etc. κυβερναν a „nauigiis dirigendis" ad „respublicas moderandas" transferri solemne est. Cf. Hor. I, 14.

V. 13. Παντα — αἰων. Mirum quantum hic locus grauitatis, colorumque vigoris habet. σφαλλειν' λεγεται το συμποδιζειν και ῥιπτειν. Eustath. ad Il. V, 567. „Temporis edacitas omnia perdit," Ouid. ex Pont. IV, 10, 7. Simonid. ep. CIV. Anth. Iac. I. p. 79.

ὅυτω χρονος ὀξυς ὀδοντας
και παντα ψηχει, και τα βεβαιοτατα.

cf. Epigr. adesp. DCXV. Anth. Iac. IV. p. 247. Simonid. frag. XV. 6. ibid. I. 61. et Plat. ep. XIX. ibid. I. p. 106.

V. 15-16. Σοι μονα — μεταβαλλει. Allegoriam a nauigatione depromtam egregie perductam vides. Placet autem quae subest imago, qua saepius imperii incerta ratio cum leui aura comparatur. Cf. Hor. III, 2. 19. — ὀυρος: ἐπιτηδειος καιρος, Schol. Sophocl. ad Philoct. v. 869 — πλησις' Hesych. in πλησιστιον' τον ἀνεμον πληρουντα το ἱστιον. cf. Hom. Od. XI, 149. plura ap. Wolf. ad

Η γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
ἄνδρας, αἰχματὰς μεγάλως, λοχεύεις,
εὔσταχυν Δάματρος ὅπως ανοίσῃς

---

h. l. magnifice expressa fere eadem inuenies in Ps. CII, 26-29.

V. 17-18. Η γαρ - λοχευεις. Idearum nexus hic est: „Tuum imperium aeternum ac firmissimum est, te enim strenui heroës defendunt, qui te natos se profitentur." --- λοχευειν. Hesych. τικτειν, γενναν, cf. Anacr. LIII, 32. vel „obstetricis munere fungi," cf. Eurip. Ion. 948. Anacr. XLI, 7. vtrumque ferri potest. — αιχματας μεγαλως, dor. pro μεγαλους, vt αιχμητης κρατερος Iliad. III, 179. nolim enim μεγαλως aduerbialiter cum Wolfio intelligere, quod languidius dictum videtur. Haec cum scripsissem, Brunckium in sua Anacreontis edit. p. 80. eadem statuere et μεγαλους adeo in texta recepisse, sed κρατιστους ανδρας αιχματας coniunxisse vidi. Quemadmodum vero hic Ρωμη heroës profert, ita ap. Hom. Αρης dicitur δοτηρ ευθαρσεος ηβης. Hymn. in Mart. v. 9.

V. 19-20. ευσταχυν - ανδρων. Cum priscorum temporum hominibus omnes ex agris redirent diuitiae, satis commode haec ab Erinna in laudem Fortitudinis expressa sunt. Conferre iuuabit Hybriae scol. (Ilgen l. l. XXVI. p. 102.) Iac. Anth. Tom. I. p. 92. Huc etiam locus Xenophonteus, Oecon. Cap. V. 7. ss. pertinere videtur.

V. 19-20. ευσταχ. καρπον (ευσταχυν σπορον Philipp. ep. XIX, 3. Anth. Iac. II. p. 200.) Δαματρος, quae natura seu terra, alma

καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

---

frugum mater est, cf. Hermann. H. d. M. I. p. 137. vates nostra frumenta dixit. Sic Eratosth. II, 17. cf. Anth. Iac. I. p. 228. καρπος Ελευσινιης Δημητερος. — συνοισης Brunck. in Anacr. p. 138. Scriptura codicis, inquit, in penult. vers. est ὅπως ἀνεισα, quod mutatum fuit forte, ne sensus imperfectus videretur." At 'imperfectum esse carmen, exinde equidem colligere nolim, cum et in eo, quo Brunckius vsus est apographo, error subesse potuit, certe nihil impedit, quo minus carmen hoc praestantissimum absolutum esse iudices.

In fine non possum non elegantissimam Hug. Grotii versionem ex Stobaei Florilegio subiungere:

Martis o proles mihi Fortitudo
Auream salue redimita vittam,
Sancta quae terram super alta coeli
Templa tueris.

Nam tibi Parcae tribuere soli
Sceptra non vnquam peritura regni.
Imperi te vis decet et potentis
Flexus habenae.

Tum tua adductis iuga pressa loris
Continent terrae sola, continentque
Spumeos fluctus: tibi tuta soli
Oppida parent.

Quaeque res cunctas vaga fallit aetas,
Dum nouis vitam variat figuris,
Semper vt regnes, tibi perſtat auras
Ferre ſecundas.

Tu paris bello ſubolem et negatum
Praelio vinci iuuenile robur,
Vt boni euentus ſegetem reportes
Fruge virorum.

II. *)

Agatharchidis, amicae forsan, imaginem ad viuum expressam quum adspexisset Erinna agnouissetque, grato in peritum artificem animo hos versiculos condidit, iisque hunc ipsi Prometheo, quem viuos homines effinxisse poëtae tradidere, similem se reddidisse profitetur, cum, si viuam vocem addere potuisset, alteram ipsum Agatharchidem protulisse nemo posset negare. Ceterum insignem huius epigrammatis elegantiam in summa breuitatis laude admiramur.

Ἐξ ἀταλᾶν χειρῶν τάδε γράμματα·
λῷστε Προμαθεῦ,

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 206. in Planud. p. 301. V. 1. Ἐξ ἀταλαν χειρων. Malim hanc lectionem, quam Brunckius in Lectt. et Emend. ad Anal. p. 9. Salmasium ex Vat. membrana notasse ait, seruare, quamquam Iacobs. in Comm. ad Anth. gr. Vol. I. part. I. p. 186.



ἐντὶ καὶ ἄνθρωποι τὶν ὁμαλοὶ σοφίαν.

---

dubitat, scribendumque putat: δεξ᾽ ἀταλαν etc. ita vt Prometheo imago dedicetur, quo quidem, pace viri summi dixerim, natiua huius epigrammatis simplicitas fere omnis mihi quidem perire videtur.

ἀταλαι χειρες. „Teneras" manus artificis dicit, quo optime sensum illum tenerrimum, qui in hac imagine conspici poterat et pictoris artem ostendebat, limatumque ingenium expressit; sic Theocr. VII, 5. Anth. Iac. I. 196. γλαφυρας χερος. cf. Iacobs. ad h. et nostr. locum. — Adde Addaei ep. VI, 2. A. I. II. p. 225. γραμμα „pictam imaginem" significat, vt ap. Anacr. γραφειν eodem sensu occurrit Od. XXVIII, 2. 5. 6. etc. XXIX, 1. — λωςε Προμ. blanda compellatio natiua simplicitate prolata: „Optime Prometheus!" — Prometheus, Iapeti filius, praeter alia, quae de ipsius prudentia poëtae cecinere, et homines efformasse dicitur. cf. Apollod. I, 7, 1. Oppian. Ital. V, 6. sqq. caeterum vid. *Nitsch. mythol. Wörtb.* p. 1685. et Schütz. Exc. I. ad Aeschyl. Prometh.

V. 2. ἐντι κ. etc. mire respondent, quae Ant. Sidon. LV. (Anth. Iac. II. p. 21.) in Myronis vaccam habet:

ἁ δαμαλις, δοκεω, μυκησεται· ἠ ῥ᾽ ὁ Προμηθευς
οὐχι μονος, πλαττεις ἐμπνοα και συ, Μυρων.

ταύταν γ8ν ἐτύμως τὰν παρθένον ὅςις
ἔγραψεν,
αἰκ' αὐδὰν ποτέθηκ', ἧς κ' Αγαθαρ-
χὶς ὅλα.

V. 3. ταυταν — εγραψεν. „Quicunque hanc virginem pinxit, ἐτυμως, tam vere ac viuide expreſſit, vt ſpirare videretur" etc. — Vim h. v. expoſuit Valkenar. ad Theocr. XV, 81. 82. qui locus ipſe comparandus eſt. -- Satis feliciter hanc voculam Cel. Iacobs. Cornelio Longino, ep. II. A. I. II. 184. reddidit in Emendatt. in Epp. p. 38.

V. 4. αἰκ' — ὁλα. „Si vocem addidiſſet, viua eſſet Agatharchis;" ſimiliter ep. adesp. DXIV. (Anth. Iac. IV. p. 226.) in Pythagorae imaginem:

Αυτον Πυθαγορην ὁ ζωγραφος, ὁν μετα φωνης
ειδες αν, ει γε λαλειν ηθελε Πυθαγορης.

Cf. Ouid. Her. XIII, 155.

Αγαθαρχις, cum, quaenam fuerit, non conſtet, neque tamen amicam poëtriae eſſe intelligendam, probabilitate careat, nolim Steinheilii coniecturam, qui noſtram ad Agatharchum, celeberrimum antiquitatis pictorem, reſpexiſſe ſuſpicatur, ideoque Αγαθαρχ8 legendum cenſet, amplecti, cum hac quidem ratione omnis huius epigrammatis venuſtas euaneſcat. cf. de ipſo Wolf. ad h. l.

III.

Εἰς Βαυκίδα τὴν Μιτυληναίαν, Ἠρίννης συνεταιρίδα. *a*)

Baucis, Erinnae sodalis, recens nupta et florida aetate e viuis discesserat, quam inmaturam mortem haec tenerrimo hoc carmine defleuit. Ipsa amicae fato functae vices, quasi dimidium ipsius animae, suscipiens, eius verbis ipsius monumentum alloquitur, cui suprema haec mandat, vt, si qui ad tumulum accesserint, saluere ipsos iubeat, fata et origines defunctae narret, et ab Erinna, Baucidis amica, carmen hoc inscriptum esse, addat. Flebilis affectus simplicissimis verbis, quae sensus tenerrimos summumque in mortuam amorem spirant, expressus, per totum carmen dominatur.

Στᾶλαι, καὶ σειρῆνες ἐμαὶ, καὶ πένθιμε κρωσσὲ,

---

a) Exhibet Vat. cod. p. 319. ex collectione Mspta, cui Agathiae Schol. nomen praefixum est. Olearius duo priora huius ep. disticha repetiit, integrum carmen edidit Ienfius n. 17. et Reiskius p. 122. n. 674.

V. 1. Στᾶλαι. Sepulcra veterum Graecorum tumuli erant terra eleuati, (χώματα,)

ἐστις· ἔχεις Ἀΐδα τὰν ὀλίγαν σποδιάν,

Eurip. Hec. 221. vel σηματα Il. XXIV, 801. poſtea lapidibus exſtructi ſunt, (ξεστοι ταφοι, μαρμαρ. ταφ. vt infr. Anyt. XVI.) In his ſepulcris columnae, cippi conſtituebantur, (ἀγαλματα) Lycophr. Caſſandr. 557. (ξεστοι πετροι) Pindar. Nem. X, 126. et πετρος infra Anyt. XIII. στηλη Il. XI, 371. et centies, inſcriptionibus inſignes, Callimach. ep. XVI, 3. Collegit Wolf. ad h. l. nonnulla. σειρηνες. Reisk. in Anth. gr. Cephal. p. 197. multus eſt de hac voce, et primum quidem „corollas in columnis ſuſpenſas" intelligere velle videtur, quod, modo conſtaret, non male ſe haberet; tandem vero cum Oleario in eo acquieſcit, vt „Sirenum ſimulacra tumulis impoſita" eſſe contendat, non vero ad ſermonis ſuauitatem in conditis notandam, vt ex Plutarch. Vit. Rhet. X. T. II. p. 835. et Sophocl. biographo anonymo, qui in Iſocratis et Sophoclis ſepulcro Sirenem extitiſſe referunt, Olearius ſuſpicatus eſt; ſed luctus indicandi cauſſa, cum pro numinibus luctus habitae eſſe viderentur ex Eurip. Hel. 166. „Quemadmodum, inquit Reiskius, noſtrates lapidarii ſummis cippis ſepulcralibus paruos, vt vulgus loquitur, angelos aut geniolos flentes, et manuciolis vultum obnubentes atque lacrymas extergentes inſculpunt, ita veteres inſculpebant Sirenes." Idem Mnaſalcae ep. 17. (Anth. Iac. I. p. 127.) docet; De Sirenum numine in vniuerſum vid. quae dedimus ad Hedy-

τοῖς ἐμὸν ἐρχομένοισι παρ' ἠρίον εἴπατε χαίρην,

---

lae fragmentum v. 4. Quod vero Sirenum simulacra tumulis antiqui imponerent, duplex, ni fallor, ratio esse potuit. Amabant veteres naenias in funeribus decantandas, iam vero, cum Sirenum lugubris cantus per omnium ora ferretur, haec numina praeficarum more ad tumulos lamentari voluerunt. Vel, Sirenum carminibus, quorum dulcedini nemo resistat, Plutonem veluti placaturi, et defunctos ex Orco reuocaturi, summum illorum desiderium, quos in vita carissimos habebant, hunc in modum exprimere cupierunt. Sed fateor, haec posteriora ne mihi quidem satis probari. Cf. quae Cel. Iacobs. ad nostr. l. disputauit.

πενθιμε κρωσσε. κρωσσος vrna est, in qua defunctorum cineres componebantur; sic Mosch. Id. IV, 34.

V. 2. ὅστις — σποδιαν, „vrna, quae exiguos cineres condis," Αιδα h. e. ἱεραν Αιδα, „Plutoni sacros." Ieiuna est, interpretatio Olearii, qui ἀΐδα legit, ab ἀΐς, quod in oculos non incurrit, et ὀλιγαν σποδιαν ἀΐδα dici ob tenuitatem putat, in quo et Wolfium secum facientem habet. — ἔχειν verbum proprium hac in re. cf. adesp. DLXXIII. 1. Anth. Iac. IV. p. 237. et Loll. Bass. ep. XI. v. 1. A. I. II. p. 149. — ὀλιγ. σποδ. cf. Anacr. IV, 9. ibiq. Fisch.

V. 3. εἴπατε χαιρην dor. pro χαιρειν: „saluere iubete (vos monumenta sepulcralia)" potuere hoc, si forte inscriptio: χαιρε incepit, nisi potius elegantem προσωποποιιαν dixeris.

αἴτ᾽ ἀστοὶ τελέθοντ᾽, αἴθ᾽ ἑτεροπτό-
λιες,
χὤτι με νύμφαν εὖσαν ἔχει τάφος, εἴπατε καὶ τό,
ὅττι πατήρ μ᾽ ἐκάλει Βαυκίδα, χὤτι γένος
τήνῳ εὐγενὲς ἐντί, καὶ ὅττι μοι ἁ συνεταιρὶς

V. 4. αἴτ᾽ ἀστοι etc. Brunckianam lectionem, quae Heringae debetur, lubens seruaui: ἀστοις opponuntur ἑτεροπτολιες, illi sunt ciues eiusdem, ex qua et Baucis orta erat ciuitate, hi vero aliunde genus ducentes.

V. 5. νυμφα quasi a νυβω, lat. *nubere*, „recens nupta;" hunc significatum sq. ep. confirmat. — ἐχειν vox solemnis vt supr. de κραισσω.

V. 6. χὤτι γενος etc. Sic Brunckius coniicit, cum vulgaris lectio commodo sensu destitueretur. Cel. Iac. χὤτι γενος κὴν αιδεω φιλον ἐντι, „parentes mihi etiam in Orco habitanti caros esse." Praeferrem tamen equidem quoad sensum Brunckii lectionem. — Possis conferre Homer. Il. IV, 58. και γαρ ἐγω θεος εἰμι, γενος δε μοι ἐνθεν, ὁθεν σοι.

Ηριννʼ ἐν τύμβῳ γράμμʼ ἐχάραξε
τόδε.

V. 8. ἐχαραξε. χαρασσειν, propr. „acuere," vt ἅρπας Hesiod. Op. et D. 571. tunc „stilo acuto incidere, scalpere," hine et de inscriptionibus monumentorum vt h. l. sic et Theocr. XXII, 46.

Γραψον και τοδε γραμμα, το σοι στιχοισι χαραξω.

Cf. Adesp. 755. Anth. Iac. IV. p. 285.

IV.

Εἰς Βαυκίδα τὴν νύμφαν, ἐν τῷ θαλάμῳ τελευτήσασαν. a)

Quemadmodum nostra in superiore epigrammate arctissimam in Baucidem amicitiam professa erat, ita et in hoc ipse amor cum amicitia scribentis manus duxisse videtur. Ad affectus viuidiores depingendos ipsum monumentum loquens introducitur. Profitetur, cuius ossa condat, et quam earum caput inuidus Orcus abstulerit, prouocat viatorem, vt, si quasi iustam esse hanc vocem dubitarit, ornamenta sepulcralia, quibus lugubre Baucidis in ipso nuptiarum apparatu extinctae fatum adumbretur, cognoscat. b)

Νύμφας Βαυκίδος ἐμμί· πολυκλαύταν δὲ παρέρπων

---

a) Extat hoc epigr. in Cod. Vat. p. 319. et in Agathii Collectione, e qua Olearius protulit.

b) Cum hoc epigr. aliud Meleagri, idque similis argumenti omnino conferri debet. vid. Anth. Iac. I. p. 38. n. 125.

V. 1. Νυμφας Βαυκ. etc. Sepulcrum loquens introducitur,

ςάλαν, τῷ κατὰ γᾶς τῦτο λέγοις Ἀΐδα·
ΒΑΣΚΑΝΟΣ ΕΣΣ' ΑΙΔΑ· τὰ δέ τοι καλά
μευ ποθορῶντι

---

vt in Theodorid. ep. 16. et 18. (Anth. Iac. II. p. 46) et Parmen. ep. 13. 14. II. p. 186. et Adespot. 739. IV. 278. — πολυκλαυταν - ςαλαν, „ad cippum magna lacrymarum vi perfusum, (vt Meleagr. ep. 119. v. 3. Anth. Iac. I. p. 31. τυμβος πολυκλαυτος, cf. Cleobul. ep. I, ibid. I. p. 52.) timide accedens." το παρερπειν horroris, metu quodam gradus retardantis, notionem inuoluere videtur.

V. 2. Τω κατα γας Αΐδι, respondet Homeri Ζευς καταχθονιος, Iliad. X, 457.

V. 3. Βασκανοι — Αΐδα, „Inuidus es, Hades." cf. Adespot. 695, 2. 3. Anth. Iac. IV. p. 266. 582, 2. A. I. IV. p. 239. 656. 3. IV. p. 256. Frequens apud veteres opinio, Deos ex invidia optima quaeque arripere. Hinc Herodot. VII, 46. p. 532. ed. Wessel. ὁ δε θεος, γλυκυν γευσας τον αἰωνα φθονερος ἐν αὐτῳ εὑρισκεται ἐων. cf. I, 32. p. 13. et III, 40. p. 216. et Bion Idyll. I, 55. Ouid. Amor. II, 6, 39. Catull. III, 13. Grat. Cyneg. v. 348. quibus addere possis versus bellissimos, quos de obitu Nozami 'l Molki composuit poeta Shabl o' ddoulah, in Iones Comment. de poes. Asiat. ed. Lips. p. 257.

τα --- ποθορωντι etc. Sic hunc locum satis vexatum Brunckius constituit. Iacobs. legendum suspicatur:

ὠμοτάταν Βαυκῦς ἀγγελέοντι τύχαν,

τα δε ποικιλα γραμμαθ' ὁρωντι
ὠμοταταν Βαυκυς etc.

quod ad idem recurrit, vel:

τα δε ποικιλα μευ ποθορωντι
σαματα ταν etc.

Sed posterius minus videtur, qui: cum Codice conuenire

τα δε τοι καλα τα μεθ' ὁρωντι
ὀμματα τα B. etc.

praeterea τα ποικιλα, vel γραμματα, vel σαματα languidius dicta videntur; exterum vid. Iac. Comment. ad Anthol. -- καλα μυ (ταφυ, ςηλης) sunt ornamenta, quibus sine dubio nuptiae et forsan etiam funus Baucidis adumbrabatur; cf. Brunck. Anal. III. Lectt. et Emendatt. p. 9.

V. 4. ὠμοταταν τυχαν. Βαυκυς, (i. e. Βαυκιδος) cum facilitate et elegantia, tum optimo inde eruendo sensu haec lectio sese commendat: „Inspicienti tibi ornamenta mea, haec tibi praematuram Baucidis mortem nuntiabunt." ὠμοταταν τυχαν, „fatum immaturum," tanquam pomum adhuc crudum, de quo ὠμος proprie dicitur. Placet aptissima haec comparatio, eademque fere omnibus gentibus frequens; hanc ipsam imaginem et apud Arabiae Poëtriam Taabethae Scharran poëtae celeberrimi ma-

5. ὡς τὰν πᾶιδ' Ὑμέναιος ὑφ' ἆς δόμον
ἄγετο πεύκας
τᾶδ' ἐπὶ καδεστὰς ἔφλεγε πυρκαΐας,

trem inuenies (vid. *Calcutta Gazette or Oriental. Aduertiſ.* Vol. I. no. 13. a. 1784. et Wahl *inſ. Magazin.* II. p. 135. et apud plurimos Graecorum et Latinorum poëtas, cf. Homer. Od. XV, 356. Heſ. Op. et D. 703. Iulian. Aeg. ep. LVI, 1. et LVII, 2. A. I. III, p. 207. Scolion. IX, 4. Anth. Iac. I. p. 89. Virgil. Aen. XI, 166. Propert. IV, 12. 17. Tibull. II, 6, 29. I, 3, 55. et inprimis elegantiſſimum Tibulli locum III, 5, 19. ſqq. — ἀγγελεοντι cf. Heraclid. Sid. ep. 1. v. 2. Anth. Iac. II, 237.

γραμμα διακρινaντες, ὁδοιπορε, πετρον ἰδομεν·
λευρα περιστελλειν ὀστεα φατι τινος.

V. 5. et 6. ὡς — πυρκαΐας, Ordo horum verborum eſt: ὡς την παιδα ὁ κηδεστης ἐφλεγε ἐπι πυρκαΐης τῃ αὐτῃ πευκῃ, ὑφ' ἧς Ὑμεναιος δομον ἡγετο· iam omnia plana. Cum Cod. Vat. legeret, ὁς ταν παιδ' Ὑμεναιος ἐφ' αἱς ἡδετο πευκαις Iacobſ. maluit legere:

αἱς ταν παιδ' Ὑμεναιος ἐφεσπερος ἡγετο πευκαις,
ταις δ' ἐπι καδεσταις ἐφλεγε πυρκαΐας.

Nos Brunckii lectionem ſeruandam cenſuimus. Hymenaeus puellam ἡγετο, vt ſponſus, qui mulierem ducit, ἀγεσθαι dicitur: in qua nuptiarum pompa faces praeferebantur, conf. Scut. Herc. 275. Eurip. Hel. 728. quae et ipſa

καὶ σὺ μὲν, ὦ Ὑμέναιε, γάμων μολ-
παῖαν ἀοιδὰν

Hymenaeo tribuuntur a Bione Idyll. I, 87. Catull. LXI, 15. Dioscor. ep. XXV, 5. Anth. Iac. I. p. 251. ergo huius generis faces κηδεσης, qui vel pater sponsae vel sponsus ipse est (v. Hesych. s. v. κηδεςαι) recens nuptam virginem ardenti πυρᾷ (πυρκαΐα) combussit. Vides, quam apta sit haec oppositio ad animum commouendum!

V. 7. καὶ σὺ — μεθυρμόσαο. Et in his elegantissima oppositio deprehenditur. Laeta quae in nuptiis perstrepunt carmina, vid. Potter Archaeol. Tom. II. p. 527. et quae Cel. Illgen adHom. Eiresion. in Opusc. phil. I. p. p. 155. laudauit veterum loca. Hymenaeus, qui

„rapit teneram ad virum virginem,"
Cat. LXI, 3.

erepta iam ab Orco sponsa, in naenias conuertit. Ͽρηνες de naeniis vid. Il. XXIV, 721. Cf. et Ammon. περ. ὁμ. κ. διαφ. λεξ. in ἐπικήδιος. Egregie nostrum locum expressit Bion. Idyll. I, 85.

οὐκέτι δ' Ὑμαν,
Ὑμαν' οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος, ᾄδεται, αἴ, αἴ,

ἐς θρήνων γοερὸν φθέγμα μεθηρμόσατο.

Conferas etiam Philippi ep. LXXIX, 3. Anth. Iac. II. p. 218. et quae Iacobsius similia excitavit ad Meleagr. CXXV. Caeterum de ritibus cum nuptialibus tum sepulcralibus, ad quos hoc carmen alludit, vid. *Nitsch Beschreib. der Griech.* I. p. 493. sqq. et 508. atque de Hymenaeo nuptiarum praeside eiusd. *Mythol. Wörterb. p.* 1085.

III.

CLEOBVLINA.

H

Βλαίσος Κλεοβούλινης κισσος.

III.

CLEOBVLINA.

Cleobulina, 1) Lindo, vno ex tribus antiquissimis insulae Rhodi 2) oppidis oriunda, circa Ol. L. s. DLXXX. circiter a. C. n. annos haud dubie floruit; quo quidem tempore Solon legum, quas Dracon olim tulerat, severitatem melioris imperii formae lenitate temperaret ac stabiliret, Pisistratus rerum

1) Olear. in diss. d. p. gr. ed. Wolf. p. 142. no. 17. et Fabricii Bibl. gr. l. l. p. 117. 121. 654.

2) Lindus, Ialysus et Camisus separatas tempore prisco habuere respublicas, postea vero, cum vrbs Rhodus exstrueretur, tempore belli Peloponnesiaci coierunt omnes in vnam vrbem Rhodum; cf. Strabo XIV. p. 655. et Perizon. ad Ael. V. H. III, 17. p. 172

Atheniensium summam affectaret, Seruius Tullius Romanis, Cyrus Persis atque Medis imperaret. Thaletis enim, Solonis et reliquorum, qui septem sapientum nomine veniunt, aetate nostram vixisse inde apparet, quod Cleobulus, Euagorae filius, Lindiorum tyrannus, 3) ipsius poëtriae pater, Soloni familiaris et ipse vnus illorum sapientum fuit, quorum septem numerarunt

---

3) Ita appellatur a Plutarcho in libro de ει Delphico, et Clemens Al. Strom. IV. p. 523. eum *Λινδιων μοναρχουντα* nominat, quemadmodum Thales ap. Plutarch. in VII. Sap. Conuiu. II. Opp. p. 148. *τοις πολιταις αρχοντα.* Fuit Cleobulus in summo apud Rhodios magistratu, quem Prytanin vocant Liv. XLII, 45. Appian. bell. civil. L. IV. siue Aesymneta in ciuitate *δημοκρατουμενη*, vt ipse Cleobulus Lindum in epistola ad Solonem appellat, non vero princeps, cui soli paret ciuitas. Tyrannum enim et *βασιλεα* saepenumero eum dici, qui summos tenet in ciuitate democratica honores, neminem offendet, qui iudices Ephesi, antequam Pythagoras Ephesius tyrannidem inuaderet, *βασιλεις* s. *βασιλιδες* compellatos esse, sibi in mentem reuocauerit. Cf. praeterea Plutarch. Pericles p. 157. Diodor. Sic. Ol. LXXX, 3. T. II. p. 60. et Perizon. ad Ael. l. l. p. 171-172. qui de Cleobulo multus est.

Graeci. 4) Lindum, non Corinthum, vt Plutarchus 5) auctor est, Cleobulinae patriam fuisse, e literis a Laërtio 6) asseruatis colligas, quibus Cleobulus Soloni in exilium abeunti Lindum offert; atque idem Plutarchus saepius Cleobulum Lindium, non minus ac Suidas Eumetin eius filiam, a patre „Cleobulina" dictam, Lindiam appellat. Quemadmodum vero patrem ἀσματα et γριφους versibus hexametris ad ter mille scripsisse Laërtius testatur, ita Cleobulina quoque aenigmatum peritia inclaruit, atque non solum Niloxenus apud Plutarchum et alii eam hoc nomine laudarunt, sed famae quoque celebritatem in Aegypto consecuta est, quo προβαλλομενων ipsius nonnulla peruenissent. Hinc Thales ipse, quo habet Miletus cur glorietur, σοφην eam compellans ab ingenii dexteritate animique magnitudine et humanitate celebrat Nostram apud Plutarchum; 7)

---

4) Plato in Protagora et Diog. Laërt. Cleobulum in septem sapientum numerum referunt: Plutarchus vero, eum cum Periandro, Corinthiorum tyranno, nonnullos hoc honore priuare voluisse tradit.

5) Plutarch. de Pyth. orac. T. VII, p. 578. ed. Reiske.

6) Diog. Laërt. I, 89.

7) Plutarch. in VII. Sap. Conu. T. II. Opp. p. 148.

atque eandem eius in aenigmatibus proponendis ſolertiam, duo, quae reſtant, quorum alterum vnanimi conſenſu ad eam refertur, alterum non temere ei vindicari nobis viſum eſt, ſatis aperte teſtantur.

I.

ΑΙΝΙΓΜΑ a) ΕΙΣ ΣΙΚΥΑΝ. b)

Ανδρ' εἶδον πυρὶ χαλκὸν ἐπ' ἀνέρι κολλήσαντα,

---

a) Ex Athenaeo p. 452, ad quem videndus Casaubonus p. 761. desumtum. Olearius vero l. l. p. 145. ed. Wolf. ex Plutarcho in VII. sapient. conuiv. Opp. II. p. 154 Aristotele Rhetoric. III, 2. et Demetrio Phaler. de elocut. §. 102. (vbi sine auctore allegatur,) primum solummodo versum affert.

Αἰνιγματος hanc dedit Aristoteles de poet. Cap. 22. definitionem: το λεγοντα τα ὑπαρχοντα, ἀδυνατα συναψαι. Accuratius tamen eius naturam descripsit, atque contorta ista ingenii ludicra ad duo potissimum genera, quorum alterum oblectationi inseruiret, alterum, gnomarum formam induens, morum emendationem spectaret, reuocanda esse, acute docuit V. A. Rhode de vett. poet. sapientia gnom. Hauniae 1800. p. 36. sqq. vid. ad Sapph. XXII.

b) εἰς σικυαν. In aeneae cucurbitulae applicationem in balneo (σικυας προσβολη). Chirurgos autem veterum non aeneis solum, sed corneis quoque cucurbitulis ad sanguinem eliciendum vsos esse, prodit Corn. Celsus L. II. c. 11. — De eadem

Οὕτω συγκόλλως ὥςε σύναιμα ποιεῖν.

---

re aenigma extat in Anthol. Iac. IV. p. 287. n. 7. non vero de cucurbitulae applicatione, sed eius natura exponens.

V. 1. κολλαν, „glutinare, conglutinare;" non raro de ferro conflando et ferruminando, κολλαν σιδηρον legitur h. l. ita corpori iungere, vt glutine compactum videatur.

V. 2. ὥςε συναιμα ποιειν, „veluti consanguineum viro reddere cupiat metallum." Satis eleganter haec verba perplexam et obscuram aenigmatis naturam efficiunt. Aere enim cucurbita comprehenso, ignis ope attenuato, medicorum illa suppellex cuti tam tenax adhaeret, vt vllo pacto auelli nequeat, sed sanguine demum exsatiata delabatur. Naturae rei omnino convenienter in aenigm. supr. laudato dira σικυα appellatur

δειλων δ' αἱμα κελαινον απ' ανθρωπων ἐρυσασα
Ηφαιςον κτεινω γαςρι περισχομενη.

II.

ΑΙΝΙΓΜΑ ΕΙΣ ΕΝΙΑΥΤΟΝ. *)

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα. τῶν δὲ ἑκάστῳ

---

*) Diogenes Laërtius L. I. 91. p. 56. ex Παμφίλης ὑπομνημασι profert hoc aenigma de anno tanquam Cleobuli Lindii, nostrae puellae patris, neque ei aduersatus Stobaeus in Ecl. Phys. p. 240. ed. Heeren. Nos auctoritate Suidae, Eudoc. in Violar. p. 272. et Fabric. Bibl. Gr. IV. p. 469. ed. Harl. freti, aenigma parenti denegatum, Cleobulinae filiae ausi sumus vindicare. Duo similia de anno aenigmata ex Athenaeo X. p. 451. et Visconti Museo pio Clementino, Tom. VI. p. 46. Iacobs. ad h. l. attulit, quibus tertium adiungo, idque elegantissimum, a A. Th. Hartmanno in *Asiat. Berlenschnur* 1800. Vol. I. p. 139. ex Oriente allatum.

V. 1. εἷς - δυώδεκα. Anni tempus, in mensium duodecim spatium digestum, sub patris et filiorum duodecim personis sistitur.

κοῦραι ἑξήκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι.
Αἱ μὲν λευκαὶ, ἔασιν ἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε
μέλαιναι,
ἀθάναται δὲ τ' ἐοῦσαι ἀποφθινύθουσιν
ἅπασαι.

V. 2. κοῦραι - ἔχουσαι. διανδιχα i. q. ἀνδιχα, „bifariam, ſeorſim." Il. I, 189. de conſilio ancipiti; hoc vero loco erit „a ſe inuicem diuerſum," vt vertas per: „puellas, quarum cuique ſua contigit ſpecies." Triginta dies et noctes ſub puellarum imagine exhibentur, quarum aliae nigrum, aliae candidum induêre colorem, ita vt forma diuerſae reperirentur.

V. 4. ἀθαναται - ἀπασαι. Paradoxon aenigmatis nodum grauiter ac venuſte implicans. Diurnae nocturnaeque vices aeterna ſerie procedunt, ſingulae dies noctesque praeterlabuntur et veluti moriuntur; at ordine nunquam ceſſante ſuccedunt aliae, immortales quaſi proferentes mutationum viciſſitudines.

IV.

C O R I N N A.

Μονον Κοριννης λεὺκοϊον.

IV.

CORINNA.

Corinna, [1]) cuius patriam Thebas ſiue Tanagram, vtramque Boeotiae vrbem, fuiſſe contendit Suidas, qui duas praeterea eiusdem nominis mulieres poëſeos laude celebres extitiſſe auctor eſt, parentes ab eodem habuiſſe traditur Achelodorum patrem et Procratiam matrem. [2]) Floruit ſine dubio

---

1) Vid. Fabr. Bibl. gr. l. l. p. 118. Olearius l. l. p. 146.

2) In Κοριννα: Κοριννα, Αχελοδωρου και Προκρατιας, Θηβαια, ἡ Ταναγραια, μαθητρια Μυρτιδος· ἐπονομαστο δε Μυια Λυρικη. Μυιαν h. e. Muſcam dictam eſſe propter ſtili tenuitatem Fabricius putat, et laudat Stat. Sylu. V, 3. v. 158. vbi „tenuis Corinna." Oleario contra Corinna hoc cognomentum Pindaro, qui eius reprehenſionem, (vid. infr. not. 5) aegerrime tulerit, rectius debere videtur. Addit Suidas et haec: Κοριννα,

circa Ol. LXIX. vel, quod ad idem fere recurrit, D. a. C. n. annos, cum paulo ante Romani regium imperium pertaesi liberam rempublicam condiderant, quo tempore Pythagoras apud Graecos famae celebritate inclaruit, et Pindarus 3) summam poëseos laudem suis carminibus sectari coepit: quem ipsum, licet illi eadem atque nostrae institutio Myrtidis poëtriae contigisset, 4) ita tamen poëseos arte superauit, vt non solum ipsum reprehenderet, et iuuenilem ipsius phantasiae aestum temperaret, 5) sed adeo

---

Θεσβια, Λυρικη· οι δε Κορινθιαν ειρηκασι. Εγραψε νομους λυρικους. Κοριννα νεωτερα, Θηβαια, Λυρικη, ἡ και Μυια κλειθεισα. — Tan. Faber, in *Abregé de la vie des poëts grecs* p. 67. ex tribus his Corinnis vnam vult constituere, cuius patria dubia fuerit.

3) Natus est Pindarus Olymp. LXV. test. Suid. in Pindar. et Eudoc. cf. Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 57. n. b.

4) Vid. supr. not. 2. Suid. in Πινδαρος.

5) Plutarch. de Glor. Athen. Tom. II. opp. p. 347. sq. E. ἡ δε Κοριννα τον Πινδαρον, οντα νεον ετι, και τη λογιοτητι σοβαρως χρωμενον ενουθετησεν ὡς αμουσον οντα, και μη ποιουντα μυθους, ὁ της ποιητικης εργον ειναι συμβεβηκε. Γλωσσας δε, και καταχρησεις, και μεταφρασεις, και μελη, και ρυθμους ἡδυσματα τοις πραγμασιν

quinquies, vt perhibent, palmam de eo ſuis carminibus reportaret. 6) Cuius quidem ſaepius repetitae victoriae quamquam a Pauſania nulla mentio iniicitur, idem

---

ὑποτιθεται· Σφοδρα ἐν ὁ Πινδαρος ἐπιϛησας τοις λεγομενοις, ἐποιησεν ἐκεινο το μελος·

Ισμηνον, ἡ χρυσαλακατον Μελιαν,
ἡ Καδμον, ἡ Σπαρτων ἱερον γενος,
ἡ ταν κυαναμπυκα Θηβαν,
ἡ το παντολμον σθενος Ηρακλεος,
ἡ ταν Διονυσȣ πολυγαθεα τιμαν,
ἡ γαμον λευκωλενȣ Αρμονιας ὑμνησομεν;

δειξαμενῳ δε τῃ Κοριννῃ, γελασασα ἐκεινη τῃ χειρι δειν ἐφη σπειρειν, ἀλλα μη ὁλῳ τῳ θυλακῳ· Τῳ γαρ ὀντι συγκερασας και συμφορησας πανσπερμιαν τινα μυθων ὁ Πινδαρος το μελος ἐξεχεεν. De ipſo hoc Pindari fragmento vid. Schneider. Cel. in Carm. Pind. fragm. p. 44.

6) Suid. in Κοριννα; ἐνικησε δε πεντακις, ὡς λογος, Πινδαρον. conf. Aelian. V. H. XIII, 25. ibiq. Perizon. et Euſtath. ed. Polit. T. II. p. 700. et Polit. in annotat. — Quae ſi ita ſe habent, mirum, quod Apollon. de pronom. Myrtidem eo nomine, quod, mulier cum eſſet, cum Pindaro contendere non dubitarit, a Corinna reprehenſam eſſe ait h. v. Μεμφομαι ἰωνγα Ἰαν λιγȣραν, Μυρτιδα μεμφομαι, ὁτι βανα φȣσα, ἐβα Πινδαροιο ποτ' ἐριν. vid. Salmaſ. L. I. ep. XIV. ad Voſſ. et eund. d. ling. Hellen. p. 77.

tamen 7) vel hoc narrat, Corinnae imaginem pictam, eamque taenia redimitam, της νικης ἑινεκα, ἡ Πινδαρον ἀσματι ἐνικησεν ἐν Θηβαις, in Gymnasio reperiri, ex qua et formosissimam ipsam fuisse et inter omnes sui temporis mulieres eminuisse, facile possit perspici. Hinc non defuere, qui nostram venustate sua, et (vt Pausanias 8) tradit linguae dialecto, aeolica nimirum, Aeolibus magis accepta, quam dorica Pindari, non vero ingenii praestantia et arte, vicisse existimarent. 9) Verum enim vero, si vel hoc concedendum fuerit, Pindarum admodum iuuenem ob iudicium nondum satis limatum ingeniique vires non satis exercitas, victum esse a nostra, cui adultior fuerit aetas, illa tamen inuidorum hominum obtrectatio, qui

---

7) Pausan. in Boeot. L. IX. c. 22. p. 753.

8) Pausan. l. l. haec: *Φαινεται δε μοι νικησαι της διαλεκτε τε ἑινεκα, ὁτι ἠδεν ȣ τῃ Φωνῃ τῃ Δωριδι, ὡσπερ ὁ Πινδαρος, ἀλλα, ὁποια συνησειν ἐμελλον Αιολεις. και ὁ τι ἠν γυναικων ἠδη καλλιςη το ἑιδος, ἐι τις ἐτι ἐικονι δει τεκμαιρεσθαι.*

9) Hanc sententiam amplexus est Tanaq. Faber; cf. praeterea Wolf. et Olear. Simili modo Aelianus, l. s. l. Corinnae gloriam minuere studuit, quum Pindarum a Corinna victum refert, ea de causa, quoniam imperitos ille auditores nactus sit.

Corinnae laudes minuere conantur, refutanda videtur, cum et ex iis, quae Plutarchus habet, Pindarum ipsum a Corinna vituperatum, ipsius consilia cum sequeretur, eius auctoritatem agnouisse in promptu sit. Praeterea, vt de ipsius meritis nobis persuadeamus, praeter plura, quae extant, scriptorum 10) testimonia, et hoc nos mouere potest, quod Silanionem eundem illum, qui Sapphus imaginem posteris reliquit, et huius statuam finxisse apud Talianum 11) legimus. Quo itaque probabilius euadit, haud vulgare ingenium et carminum pangendorum facultatem non ita frequentem ipsi contigisse; eo magis est, cur lugeamus, quod ex his ipsis carminibus, quorum quidem ἐπαν libri V. νομοι λυρικοι 12) siue ᾀσματα 13) (in quibus et illud Pausaniae notatum in Tanagram Poë-

---

10) Themistium Orat. XXVII. p. 334. B. ed. Harduin. qui Pindarum, Corinnam et Hesiodum inscitiae crimine, quo Boeotia laboraret, absoluendos omnino ducit, et Is. Tzetzem in προλεγομ. ad Lycophr. qui Corinnam τοις δεκα ὀνοματοις λυρικοις adnumerat, et Pausanias ipse l. l. solam eam apud Tanagraeos carmina fudisse scribit.

11) In Orat. ad Graec. §. 52. p. 114. ed. Warth.

12) Suid. in Κοριννα.

13) Pausan. l. cent. l.

mandri vxorem, ex quo Hephaestio nonnullos versiculos repetierit, fuisse putat Fabricius) epigrammata [14] porro et ἑτεροιων [15] liber commemorantur, vix paucissimi versiculi aetatem tulerint.

---

14) Suidas in Κορ.

15) Anton. Liberal. Metamorph. cap. X. et XXV. Dicitur praeterea Corinna Antipatro: Θουριν Αθηναιης ασπιδα μελψαμενη. Antholog. Iac. II. p. 101. n. 23.

ΠΡΟΣ ΕΤΑΙΡΑΝ. *)

Amicitiae sensibus persusa et teneris agitata curis ob puellam dilectam, quam naui iter facientem et fluctuum ferocitati obnoxiam nouisset, hos solliciti pectoris sensus ita verbis exprimit, vt ipsum pompilum, sacrum nauigantibus piscem, blanda voce roget, vt fausto omine nauem, quae amicam optimam portet, ad optatum itineris finem comitari et quasi ducere velit.

---

*) Seruauit nobis hoc fragmentum, nisi absolutum poematium rectius dixeris, Athen. L. VII. p. 283. D. his verbis: Κοριννα τε, ἢ ὁ πεποιηκως το ἐις ἀυτην ἀναφερομενον ποιημάτιον. Πομπιλε etc. Ex quibus cum omnino dubium videri possit, cuinam auctori tribuendum sit, primum hoc saltem coniicere liceat, ipsi Athenaeo probabilius visum esse competere Corinnae, cuius nomen priori loco posuerit, deinde nostram Corinnam esse intelligendam exinde rimari, quod cum quaecunque veterum loca Corinnam tangentia Wolfius in

Πομπίλε ναύτῃσιν πέμπων πλόαν εὔπλοον ἰχθὺς,

hoc diligentissimus collegit, ea praeter Suidae l. rectius ad nostram transferri videantur, ita vt de reliquis duabus Corinnis, solo Suidae diserte memoratis, nihil nobis innotuerit, non improbabile est, fragmenta quoque, si quae obuia sint, ei Corinnae esse tribuenda, de cuius vita nobis plurima constant, praesertim cum haec ipsa insignem apud veteres famam suis carminibus nacta sit, ita vt diuinare possis, veteres ipsius carmina lubentius et cautius posteritati seruare debuisse, quam aliarum, quibus minor auctoritas fuerit.

V. 1. πομπιλος s. πομφυλος· ποιος ἰχθυς. Hesych. qui thunnis additur a Plin. H. N. IX, 20. est Linn. gasterosteus ductor. Pompilos altum mare incolentes, et hominum societatis ita amantes describit Aelian. de An. II, 15. vt ad naves se conferant, nauigantes variis lusibus delectent, nauemque ipsam non modo vsque ad terram continentem comitentur; sed si vel frequentissimi nauem stipauerint, omnes tamen simulac littori propius accesserint, repente in altum mare reverti, ex quo ipso nautae facile scire possent, se iam terrae continenti propiores esse. Ob haec nauigantibus praestita officia factum esse puto, vt sacer ab ipsis haberetur, cf. Athen. VII. p. 282. et fabula

πομπεύσης πρύμναθεν ἐμὰν ἀδεῖαν
ἑταῖραν.

---

excogitaretur, qua nautis deditum ipsius animum explicarent. Pompilus olim fuisse dicitur nauta, qui, quum puellam quandam ab Apolline perdite amatam eiusque amplexus effugere conantem, in cymbam suam recepisset, capta ab Apolline puella et naue in saxum transformata, ipse in piscem sui nominis mutatus sit vid. Aelian. d. Anim. XV, 23. et Athen. l. l. Egregie igitur poëtriae πεμπων πλοον ἐυπλοον, „cursum feliciter transigendum immittens," dicitur, cum nautis sacer, optimum illis cursum monstrare videretur; ex Nicandro ap. Athen. p. 282.

ναυτῃσιν ἀδημονεῦσιν κελευθῦς
Μηνυσαι

solet. πλοος ἐυπλοος conuenit cum ἐυπλοιῃ. cf. Iulian. Aegypt. ep. LIV. Anth. Iac. III. p. 207. Alpheus ep. VI, 3. Neptunum secundam nauigationem rogans, ὑριον, inquit, ἐυχομενοισι διδῦ πλοον κ. τ. λ.

V. 2. πομπευσης. — ἑταιρ. πομπευσῃς vel vt Casaubonus vult, πομπευσαις, orantis est: „Comitare, quaeso," πρυμναθεν, „ita vt puppim πρυμνην sequaris;" et ventum πρυμνηθεν flantem Hesychius explicat per ὑριον τον ὀπισθεν ἀνεμον, τον ἐπιτηδειον. conf. Epigr. adesp. CCIII, 1. 2. Anth. Iac. IV. p. 159.

et Il. XV, 716. Caeterum verborum lusus in Πομπιλε, πεμπων, πομπευσης etc. te non fugiet. Affert Athenaeus p. 283. haec Alexandri Aetol. quae conferre iuuabit:

Πυδαλιω ακρω επι Πομπιλος ανιοχευει·
και τα κατω κατοπισθε θεοις υπο Πομπιλος
ιχθυς.

V.

PRAXILLA.

Πραξιλλης ἱος μελων.

V.

PRAXILLA.

Praxilla, [1] Achaia, Sicyone vel e finitima huic vrbi regione genus ducens, Hephaestione teste, [2] vates fuit antiquissima, et Sapphone ipsa tempore prior; nisi rectius eius aetas, Eusebio [3] praeeunte ad Ol,

1) Cf. Wolf. fragm. l. l. p. 76. sq. Olear. l. l. p. 179. Fabr. Bibl. gr. l. l. p. 135. — Male ab interprete Apostolii IX, 81. vocatur Praxille, atque sine auctoritate eam a Graecis recentioribus Basilicam nominatam esse, Tanaq. Faber de poet. Gr. p. 94. refert.

2) Hephaest. Ench. p. 24. 13. p. 56. 24. coll. Schol. p. 38. 15. p. 90. 30. Praxillae trimetris Sapphonem vsam esse notat, vnde nonnulli poëtriae nostrae aetatem ad tempora ante Sapph. referre non dubitarunt. Fabricius vero Eusebii et Hephaestionis rationes reconciliaturus recte monet, „potuisse Praxillea metra dici, quibus post Sapphonem Praxilla frequentius vteretur."

3) Euseb. Chron. lib. post. p. 132. in

LXXXII. f. CCCCL. a. C. n. et quod excurrit, annos ad Periclis et belli Peloponnesiaci tempora refertur. Peloponneso patria clara maiorem nominis famam nacta est apud veteres carminum laude et praestantia. Celebrantur enim ab his σκολια, 4) παροινια, 5) μελη, 6) διθυραμβοι, 7) quorum vero nihil praeter scolion integrum, διθυραμβȣ, μελȣς, et hymni in Adonidem fragmentum, quod memoratu dignum sit, aetatem tulit. 8) Laudarunt quidem iam ante Montefalconium alii 9) hunc, quem vltimo loco posui, Praxillae in Adonidem hymnum, ita tamen, vt cuius quidem calculis acquiescendum putarim.

4) Athen. XV. p. 694. A. ἐθαυμαζετο ἐπι τῃ των σκολιων ποιησει.

5) Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 1232. nisi forte carmina παροινιων nomine insignit, quae scolia essent.

6) Zenob. Prov. Centur. IV. n. 21. eam μελοποιον appellat, quod Schottus Adag. Gr. p. 84. male mutauit in γελοποιον.

7) Hephaest. p. 9. 10.

7) Argumenta nonnullorum carminum affe untur Athen. XIII. p. 603. A. Pausan. L. III. Lacon. c. 13. Schol. Theocr. ad Idyll. V. v. 83.

9) Zenobius, Apostolius, Suidas et Diogenianus, de quibus vid. ad fragm. ipsum.

inanes prouerbii nugas, et vagarum interpretationum hariolationes proferrent. Neque vero aliter fieri poterat, cum hi omnes, extare adhuc illius hymni reliquias ignorarent, quas Wolfium adeo, et post eum Wahlium, [10] aliosque, qui nostrae poëtriae fragmenta sedulo colligerent, latuisse, non possum non mirari. Eo lubentius igitur, data illius fragmenti copia, in hac carminum sylloge typis excudendum dedimus, atque ad breuem eius explicationem animum adiecimus. Verum enim vero auspiciis quo magis faustis in hoc fragmento promulgando sumus vsi, eo vehementius nos spe, quam de Praxillae carmine ad puerum Calain de amoris mutatione [11] conceperamus, excidisse dolemus; cum cui certi quid de hoc carmine innotuerit, nemo reperiatur.

Si Tanaq. Faber l. l. Praxillam hymnos composuisse affirmat, haud dubie ad hunc in Adonidem hymnum respexit.

10) Hic enim collecta a Wolfio Praxillae fragmenta repetiit, in ipsius *Magazin für* etc. no. 2. p. 55.

11) Mentionem huius carminis iniiciunt Giraldus Dial. 3. de poët. hist. Tom. II. opp. p. 168. E atque ex eo haud dubie Tiraq. Leg. Connub. XI. Gloss. I. p. XI. Tom. II. opp. p. 191. a. His assentiunt Laur. Crassus Poët. Gr. p. 432. G. I.

Tam exiguae autem cum ſint et multis partibus mutilatae vatis noſtrae reliquiae, de pretio carminibus eius tribuendo pauca conſtitui potuerunt accuratius. In ſcoliorum poëſi non vltimum noſtram tenuiſſe locum, Athenaeus teſtatur, dum eam ἐπι τῃ των σκολιων ποιησει celebrem fuiſſe refert, et illud ipſum, quod ad noſtram aetatem peruenit ſcolion, non ſolum a veteribus celebratur, ſed interna quoque indole, Praxillam haud indignam fuiſſe Terpſichores alumnam, prodit. Hymni in Adonidem, quod reſtat, fragmentum nobis mythorum fontes, progreſſus et varias illorum mutationes indagaturis, percarum, ideóque non omni laude, ex vtilitate in illud redundante, priuandum eſſe, nemo eſt, quin intelligat. Grati quoque agnouerunt vatis noſtrae ingenium veteres, cum Lyſippum, 12) nobilem aetatis illius artificem, ſtatuam Praxillae, carminum elegantia celebris, effinxiſſe, atque hanc

---

Voſſius de poët. gr. C. S. et Lud. Moreri Diction tit. Praxilla. Cf. Wolf. Nov. poetr. fr. p. 76-81. et ad Olear. d. p. gr. §. LXIII. p. 180.

12) De Lyſippo cf. Plin. H. N. VII. 37. et XXXIV, 8. qui eum quadratas veterum ſtatuas permutaſſe tradit. Cic. ad Div. V, 12. Quinctil. XII, 10. 9. et Horat. Ep. II, 1, 239.

Athenis, vbi honos maxime aleret artes, collocatam esse, ex Tatiano 13) constet. Qui quidem si nostram μηδεν ἐιπεσαιν δια των ποιηματων χρησιμον seuerus appellat, odio illud in omne, quod gentile redoleret nomen, patri Christiano alte infixum haerenti, tribuendum erit.

---

13) Orat. ad Gr. §. 113. et Olear. l. l. p. 52. ed. Worth. pag. 181.

I.

ΣΚΟΛΙΟΝ ΠΕΡΙ ΑΔΜΗΘΟΥ. *)

Admetus, b) Pheris, Thessaliae vrbe, imperium exercens, quum in morbum incidisset grauissimum, mor-

---

a) Exhibet hoc scolion Athenaeus L. XV. p. 695. sine auctoris nomine. Primum versum affert Aristophanes Vesp. 1238. et alterum eius Scholiastes. Ad hunc Aristoph. locum Christianus, et Kusterus ad Suidam v. Πραξιλλη animaduertunt, verba Scholiastae ad v. 1232. τουτω τι λεξεις σκολιον· κολακικον το σκολιον· ἐν τοις Πραξιλλης δε φερεται παροινιοις, non ad v. 1231. 5. nostrum scolion, sed ad sequentia pertinere, atque versus

ουκ ἐστιν ἀλωπεκιζειν
ουδ' ἀμφοτεροις γιγνεσθαι φιλον

Praxillae tribuendos esse. Quo iure id fecerint, alii videant; Iacobsii quidem consuetam diligentiam h. l. desidero. Eustathius praeterea p. 326. l. 30. ed. Rom. ex Pausaniae lexico et Eudocia p. 21. referunt, alios hoc scolion Alcaeo, alios Sapphoni, alios Praxillae Sicyoniae tribuere. Eustathii locum latuisse Brunckium, scolion hoc Praxillae adscribentem, Iacobsius opinatur, quod affirmare nolim.

temque imminentem metueret, Apollinem, ferunt, hospitio ab eo exceptum, vitam Admeti a Parcis ita

---

Diu enim ante Brunck. Vrsinus p. 296. et Wolfius fr. Sapph. p. 144. n. 180. Eustathii locum excitauerant, atque habet ille profecto, quo Brunckium induceret, vt scolion nostrum tanquam Praxillae proponeret. Scholiastae fides, si hos versus vere Praxillae adsignat, digna sane est, cui cedatur, cum Eustathii et Eudociae suffragium maiorem eatenus vim ac potestatem nanciscatur, quatenus Scholiastae verbis consentaneum deprehenditur.

Iam cum Praxillae esse nostrum scolion compertum habeamus; Moretum ad Tibullum II. El. 3. hos versus pro maioris carminis initio habere, Wahlium vero in *f. Magazin* II. p. 51. vbi poëtriae nostrae reliquias collegit, fragmenti illud nomine insignire animaduertamus; pauca quoque de integritate eius adiicienda sunt, quae quidem optime apparebit ex ipsa scoliorum indole ac natura. — Morem illum inter pocula canendi repetendum esse e cana Graeciae vetustate, clarum et omnibus notum. (Cf. Iliad. I, 472. Odyss. VIII, 72. X, 350. Hom. Hymn. in Merc. 52. Cicer. Tusc. IV, 2. Brut. 19.) Antiquissimum autem carminum conuiualium genus fuerunt παιανες, quos vna cum κωμοις Cel. Ilgen. παρoινιοις, ἀσμασι et σκολιοις, quae Pollux memorat, (Onomast. VI. sect. 108.) iunxit, et quomodo horum singula argumento, forma et habitu externo differant, erudite atque acute docuit, in

exorasse, vt Admeti loco alius triste fatum subiret, et luridi Orci silentio mergeretur: Admetum pauidos pa-

---

disq. de scol. poesi supr. laud. (praemissa scoliis s. carm. conu. gr. Ienae 1798.) p. 7 - 108. vbi rei multorum curis impeditae, errorum ac dubiorum nocte obcoecatae, primus lucem clarissimam affudit, primus de scoliorum ratione iustum atque accuratum tulit iudicium, cum reliquos omnes (quos vide ap. Higenium l. l. et Iacobs. Comment. ad Anthol. Vol. I. P. 1. p. 291.) fere extra oleas euagatos esse, appareat. — *Παροινια* recte distinguit a *σκολιοις*, cum illa nullo conuiuarum praetermisso, nullo carminum et sententiarum nexu obseruato, ad myrtum vel citharam in orbem canerentur, horum vero cantus per orbem quidem, at non continua serie, vt *παροινια*, sed ordine inflexo atque obliquo (vnde *σκολια μελη*, carmina inflexa, obliquo ordine decantata, *Schlangenlieder*) a doctioribus solum (*ὑπο των συνετωτατων* Dicaearchus *περι μουσικων ἀγωνων* ap. Suidam v. *σκολιον* et Schol. Lucian. pro Laps. inter Salut. p. 292. T. III. ed. Bipont.) perageretur." Habebat enim, inquit Cel. Ilgen, (diss. I. p. 160.) hoc canendi exercitium formam certaminis. Instituebatur, cum cantiones, quae erant legitimae, et ad omnes pertinebant, finitae erant.. (Athen. XV. p. 694.) Qui primo loco accumbebat, ad citharam cantabat carmen aliquod, dei vel hominis laudes complectens, vel praeceptum morale, vel etiam argumentum amatorium tractans, quod paucissimis plerumque absoluebatur

ventes non minus, quam amicos precibus rogasse, sed frustra omnes; vellent pro ipso mori: Alcestidem vero

---

versibus. Ubi hic finierat, tradebat citharam cum myrto alii ex conuiuantibus, cui visum erat, nullo habito ordinis respectu; qui si recipiebat, quod nisi vellet pro indocto haberi, facere debebat, idem argumentum tractabat variatis verbis et sententiis, iisdem tamen, si fieri poterat, numeris; si citharae imperitus erat, poterat ad myrtum cantum peragere. Hic citharam cum myrto iterum tradebat, cui volebat, extra ordinem, quem idem facere oportebat; et sic ter, quater, quinquies fortasse idem argumentum cani poterat, exornatione variatum. Vltimus primi orbis nouum incipiebat argumentum, quod, sicut antecedens, dextram versus continuabatur: et sic fieri poterat, si ferret canentium animus, ut quinquies, sexies et decies etiam scoliorum orbis instauraretur. Qui scolion receperat, quod Graecis dicebatur δεχεσθαι, et cantum ex conuiuantium sententia peregerat, ei ῳδος, quod poculi erat genus, porrigebatur, ut biberet. (cf. Antiph. ap. Athen. XI. p. 503) id honoris signum et praemium artis. — Illustrant hanc cantionum formam, locus Aristoph. in Vesp. 1220. sqq. et scoliorum, quae aetatem tulerunt reliquiae, inprimisque Αρμοδιε illud μελος, quod Casaubonus ad Athen. XV. p. 695 in duas, rectius Cel. Ilgen (scol. gr. p. 47. 72 n. X. XI. XII. XIII) in quatuor partes diuisit, in quibus idem

fortem pariter ac generosam Admeti conjugem, sponte ostendisse, se mori pro marito paratam esse. Adme-

---

argumentum repetendo variatum atque exornatum facile agnosces. — Quae cum ita sint, nos, scolii nostri integritatem vindicaturos, non morabitur, quod ab Eustathio Il. II. p. 247. Bas. dum nostrum σκολιον affert, addatur ἀρχη 7ε μελες αυλη; vel alias (vid. Schol. ad Aristoph. Ran. 1302) verba ου η ἀρχη subjuncta legantur, ita vt aliquid deesse videatur. Scoliorum enim eadem fere est ratio et forma, quae carminis amoebaei, (Theocr. Id. V. VI. Virg. Ecl. III. V. VII.) in quo „singula disticha sunt singula carmina," vt Cel. Heyn. monet ad Virg. Ecl. III. quem vide. Quae in hisce alternis canuntur a pastoribus per se spectata non minus, quam conjuncta aptum scimus fundere sensum. Idem valet de scoliis, cum nullum scolion plures strophas comprehenderet, sed omnia essent μονοςροφα. Itaque acute monet Cel. Ilgen (p. 167) „integrum dici posse ejusmodi carmen et mancum. Si pro se sumitur, ab vno conuiua cantatum, integrum est, si vero ad varias ejusdem sententiae exornationes, quae ab aliis subsecutas verosimile est, respicitur, mancum potest dici. Et hac ratione finitam integritatem talium carminum plane non habemus, sed indefinitam." Atque sic nostri quoque scolii indefinitam integritatem affirmo, finitam nego. Quemadmodum enim omnia in vniuersum scolia ab

tis, postquam conjuge mortua conualuisset, Hercules, Eurysthei, Mycenaei regis, jussu, missus contra Diomedem, Thraciae tyrannum, ut equos ejus ἀνθρωπο-

---

initio essent ipsorum poëtarum, mensae familiari accumbentium, certamina talibus αὐτοσχιδιασμασι proferendis instituta, ita Praxilla quoque hoc aliquando fuderat ex tempore scolion. Transiit deinde, vt alia hujus generis carmina, in vsum aliorum, qui hoc, vti reliqua, memoriae mandarent, atque si inter scyphos data esset canendi copia, ex memoriae penu insigni scoliorum multitudine referta depromerent et variarent, ut legum conuiualium religioni satisfieret.

Eustath. ad Od. VII. p. 1574. (I. 14.) tria constituit scoliorum genera: τα μεν σκωπτικα, τα δε προς ἐρωτα πολλα δε και σπουδαια. Nostrum τοις σπουδαιοις adnumerandum, et ad moralium classem, quam Cel. Ilgen p. 179) sextam fecit, referendum, Athenis omnium ore ferebatur, teste Eustathio p. 326. l. 30. ed. Rom. et Schol. ad Aristoph. Vesp. 1231. ita ut Ἀδμητου μελος succedente tempore in proverbium abiret. cf. Zenob. Cent. I, 18. Diog. II, 68. Suid. et Erasm. p. m. 440.

b) Eurip. Alcest. Apollod. I, 9. Hygin. 51. Palaeph. XLI. qui totam de Admeto fabulam vberius exponunt. Plura attulerunt Wolfius Fr. Sapph. p. 251 et Cel. Ilgen in scol. gr. ad XIV. p. 74 (ubi de nostro scolio agit.)

φαγες abduceret c), ad regem Pherarum deuertit. Cognita, quae premeret Admetum, tristitia, comperta Alcestidis morte, amore in hospitem plenus ipse Orci cauernas subit, atque Admeto caram, e Manibus reuocatam, Alcestidem reddit. — In hac canae vetustatis fabula nostri versatur scolii argumentum, quo generosos ac strenuos amicos appetendos, subtimidos autem atque ignavos fugiendos esse, aperte docetur. „Digni enim sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa, cur diligantur." Cicero Lael. c. 21.

Αδμήτε λόγον, ὦ 'ταῖρε, μαθὼν, τὲς ἀγαθὲς φίλει,

---

c) Apollod. II, p. 119. Palaeph. IV. ibiq. Fischerus.

V. 1. Αδμητε λογος i. e. λογος περι Αδμητε, „fabula de Admeto", non vero sermo Admeti, ut Wolfius ad h. l. et Christianus ad Aristoph. Vesp. l. l. qui in alia omnia abeundo, Admeti, inquit, ille sermo respicere videtur Alcestin, quae pro viro suo non recusauit mori; atque ideo Scolia Caricaque mele canebantur, quae ipsam Proserpinam adegerunt, ad reddendam auris vitalibus Alcestida." Recte Politus ad Eustath. II. p. 699 monet. Scolia illa non erant lugubria, sed conuiualia, quae scil. inter pocula canebantur. Alii, mira narrans pergit, censent, exulem Admetum a

τῶν δειλῶν δ' ἀπέχȣ, γνȣ̀ς, ὅτι δειλῶν ὀλίγα χάρις.

Pheris, vrbe patria, venisse ad Theseum juniorem, filium Alcestidis et Hippasi, et in ipsius regione habitantem, sermonem eum, in quem scolion factum est, habuisse. In reliquis, quae sequuntur, ad saniorem mentem redit.

ἀγαθοι cum τοις δειλοις opponantur, illud per „generosus ac strenuus,“ hoc per „timidus, ignavus“ exprimendum erit; sic Noss. VI. κακος de militibus ignauis et timidis. Cf. prae ceteris Theogn. 301. Br. Gnom. p. 13. Klotz ad Tyrt. Ecl. I. v. 2 et Iacobs. ad Bacchyl. fragm. XV. Commentar. ad Anth. Vol. I. P. 1. p. 288. Sensum verborum optime expressit Eustathius l. l. ἐοικε, inquiens, δε δια μεν των ἀγαθων την γενναιαν και φιλανδρον ὑποδειλȣν Αλκηστιν, (cui Herculem et Apollinem jungere liceat) δια δε των δειλων τον Αδμητȣ πατερα, ὁς ὠκνησε θανειν ὑπερ τȣ παιδος· cui accedit, πας χορος των φιλων, ut Tzetzes ait Chill. II, 53.

V. 2. δειλοις ὀλιγα χαρις, sic Athenaeus, Ursinus, Brunckius, pro δειλων ὀλιγα χαρις, quod Schol. Aristoph. Eustath. et Wakefield Delect. Trag. I. p. 257 exhibent. Utra lectio sit praeferenda, Ilgenius ad h. l. dubitat, et, vt opinor, recte, sententia enim eadem manet.

II.

ΕΙΣ ΑΔΩΝΙΝ.

„*Adonidis mythi*, *inquit* Cel. *Heynius* (*ad Apollod.* III. 14. 4. *not.* 2. *p.* 826), *sunt e pluribus generibus commixti*, *etiam diversorum numinum, ex Syria*, *Phoenicia*, *Aegypto*, *Cypro*; *accessere postea Alexandrinae religiones*, *quae vel ex Theocriti dulcissimo carmine* (*Idyll.* *XV.*) *notae esse possunt.* *Prima* 1) *notio ex*

Sensus verborum est: Amici ignauiae crimine notati amorem, quo eos diligimus vel plane non, vel leviter tantum reddunt. Theogn. 107.

δειλους δ' ευ ερδοντι ματαιοτατη χαρις εστιν·
ισον γαρ σπειρειν ποντον αλος πολιης.

et alibi v. 933.

δειλους ευ ερδοντι δυω κακα. των δε γαρ αυτȣ
χηρευσει πολλων, και χαρις ουδεμια.

---

1) Tanti si fas est nominis audacem sese opponere auctoritati, ab Heynii V.S. hanc Adonidis notionem primam statuentis, sententia paululum recedendum, mythique fontes altius deriuandos esse putauerim. Sa-

Oriente perfecta designavit naturae vim genitricem, in primis quod ad τα φυτικα *(regnum vegetatiuum nostri*

---

baeismum enim cum, niſi primum, antiquiſſimum tamen idololatriae genus in Oriente fuiſſe conſtet, (cf. Cel. Ilgen Iobi antiq. carm. Hebr. nat. atque virt. p. 29. et ibid. pag. 90 atque quos ibi excitavit auctores.) Adonidem ſ. Oſirin Aegyptiorum ſolis a ſuperioris hemiſphaerii culmine ad inferius redeuntis ſiue a tropo cancri ad tropum capricorni vergentis fuiſſe ſymbolum, ſtatasque aeſtiui et brumalis temporis vices ſole duodecim Zodiaci ſigna luſtrante, definitas, ejus numine antiquitus fuiſſe adumbratas, exiſtimauerim. Succedente demum tempore, cum Solis ad ſemina fouenda et elicienda vim maximam eſſe, ſemina porro, hyemis tempore in terrae ſinu latentia, aeſtiua tempeſtate ſuſcitata progerminare, intellexiſſent, Solis, vices mutantis, imaginem deletam eſſe, atque vim naturae genitricem Adonidis perſona expreſſam antiquiori mytho ſucceſſiſſe probabilius, mentique humanae et orbis antiqui ingenio magis conſentaneum eſſe videtur. (cf. *Hermann Handb. d. Mythol. II. p.* 389 *et Nitſch mythol. Wörterb. ſ. v. Adonis*) Ipſum Adonidis nomen, Hebraeorum אדון exacte reſpondens, huic fauere videtur opinioni. Niſi enim hanc vocem ab inuſitata radice אדן coll. Arab. אדא pro אדן „robore polluit" deducere malueris, ad Arab. et Aethiop. דנן „inclinauit" confugere poteris, ut So-

dicunt,) attinet, respectu maxime habito ad sementem in terra latentem, donec suo tempore progermi-

---

lem ab inclinando ad occasum, vel recedendo ab vno tropo ad alterum אדון dictum esse, *domini* vero notionem e summi numinis, quod solem putarunt, idea fluxisse, tibi persuadeas. *Domini* significationem Hesychius innuit, qui Αδωνις per ἡ δεσποτης ὑπο Φοινικων, expressit, atque Orientis numen Adonidem esse non solum h. l. sed alio quoque docuit, dicens: Αβωβας ὁ Αδωνις ὑπο Περσαιων. — Graecis vero Adonidem Solis fuisse, annuas vices subeuntis, symbolum, non solum locus hac in re classicus Macrobii Saturn. I. c. 21. probat, sed etiam ex Orphico hymn. in Adon. LV. apparet. Ibi enim ille de Sole vices mutante mythus cum illo de semine in terra latente et suo tempore progerminante aperte jungitur et Adonis Solis emblema illo loco δικερως et σβεννυμενος και λαμπων, τε καλαις ἐν κυκλασιν ὡραις etc. audit; ad quem locum Gesnerum de Luna cogitasse mireris. Adonidis porro ad Proserpinam discessum, Veneris luctum, et Adonidis ad Aphroditem reditum optime cum hoc mytho conciliari posse et explicari docuerunt Macrobius et Hermannus l. l. Nostro vero loco hanc generalem, ut ita dicam, de Sole notionem amplecti vetant prima fragmenti nostri verba, cum semetipsum in terra reliquisse Adonis haud facile dicere potuisset. Hinc alteram illam eamque magis specialem imaginem sementis

nat 2). Ita factum, vt cum Osiride pro eodem haberetur, vtque transferrentur ab hoc in eum alia. Poëtae graeci amores Veneris maxime ornarunt, de reliquis parum solliciti 3)." — *Quo lubentius vero etiam Graecorum poëtas, relictis Orientalium de Adonide mythis, in Veneris atque Adonidis amoribus dulcissimis commoratos esse videmus, in iisdemque imaginibus tenerrimis*

---

in terrae sinu ad aliquod tempus latentis, Praxillae menti et fragmenti argumento melius conuenire intelligitur. Num recte ita statuam, alii viderint.

2) Cf. Phurnutus et Schol. ad Theocr. Id. III, 48. qui, λεγουσι δε, inquit, περι του Αδωνιδος, οτι και αποθανων, εξ μηνας εποιησεν εν ταις αγκαλαις της Αφροδιτης, ωσπερ και εν ταις αγκαλαις της Περσεφονης. Τουτο δε το λεγομενον τοιουτο εστι αληθως. οτι ο Αδωνις, ηγουν ο σιτος ο σπειρομενος, εξ μηνας εν τη γη ποιει υπο της σπορας, και εξ μηνας εχει αυτον η Αφροδιτη, τουτεστιν η ευκρασια του αερος και εκ τοτε λαμβανουσιν αυτον οι ανθρωποι.

3) Fabulas de Adonide collegit Meziriac. ad Ouid. Ep. p. 357 quem vide. Praeter eum attulit quaedam Seruius ad Virgil. Ecl. X, 18. His addantur ii, qui recentiori aetate fabulam de Adonide vberius exposuere, *G. E. Groddeck antiquarische Versuche, 1ste Samml.* p. 83. et *G. W. A. Fikenscher Erklärung des Mythus von Adonis. Gotha* 1800. qui tamen nostrum locum intactum reliquerunt.

adumbrandis et exornandis elaborasse intelligimus; eo minus tamen, ut nulla plane illarum notionum ex Oriente profectarum vestigia in Graecorum carminibus reperiri credat, quisquam adigi poterit. Etenim non summa solum Αδωνια Graecorum, et Orientalium festa in numinis hujus honorem pia concelebrata religione intercedit similitudo 4); *sed eosdem sensus ex feruidiori Orientis vena olim profusos, et nescio quam vim exi-*

---

4) Adonidis ἀφανισμον et ἑυρεσιν Graeci mature cultu obibant religioso (cf. Plat. in Alcib. T. I. p. 200), et rituum variorum pompa, quam Plutarchus in Nicia p. 532 et Manso ad Bion. Idyll. I. et Groddeck l. l. accuratius exposuerunt. Ipsa vero hujus festi religio ex Oriente traducta. Nam Aegyptii v. c. epistolam vrceo papyraceo inclusam mari committebant, qua, septem dierum spatio Byblum perlata, Bybliensium mulieribus, Osiridis obitum lugentibus, inuentum esse Osiridem significabatur. Nuntio audito, luctui succedebat exultatio. cf. Vitringa ad Iesaiam XVIII, 2. Syris et Hebraeis sacra erant festa Adonidis, qui *Thammuz* apud eos audiebat, eaque non minus quam Aegyptiorum et Graecorum festa luctu peragebantur. cf. Selden de diis Syris synt. II, c. 11. Simonis progr. de grammatica et mythologica significatione v. Thammuz. Ezech. VIII, 14. Ovid. A. A. I, 75.

mium, quae animos graviter ferit ac percellit, nactos Orphici hymni sive τελεται spirant 5); eaedem fere notiones in Oriente ortae atque nutritae in Theocriti et Bionis praecipue Idylliis 6) passim recurrunt. Posse igitur, in Praxillae quoque carminibus eandem nobis sisti Adonidis imaginem, quam Orientis incolae delinearunt, nemo profecto, qui temporum rationes, rerum ac notionum analogiam duces lubens sequitur, facile negabit. Talem vero, quae non prouerbii inanes nugas sectatur, sed in sensu verborum justa et numine digna ratione constituendo versatur, interpretationem nostrum admittere et veluti flagitare de Adonide fragmentum, inde apparet, quod illud ex hymno 7) in Adonidis numen desum-

---

5) Cf. Hymn. LIV. et LV. in Venerem et Adonidem, inprimis hac in re memorabiles, cum mythi Orientalium antiquissimi per singula hymnorum verba diffusa reperiantur. Quod quidem non mireris, cum Syrorum Venus Vrania et Phoenicum Astarte, Veneris numen ex Oriente in Graeciam transiisse probet. Cf. Schol. Aeschyl. in Supplic. Φοινικην ἡν ἱεραν Αφροδιτης φησι δια Βυβλον και Λιβανον.

6) Theocr. id. XV. Bion. id. I. inpr. v. 31-35. 76.

7) Zenobius, qui fragmentum nostrum impuris manibus attigit, loco infra laudando, Praxillam hanc Adonidis in Orcum discessum enarrasse ἐν τοις μελεσιν tradit; sed in

tum esse legimus. Hymnis enim Deorum genus et naturam, res honorifice gestas, cultus nominisque decus et alia ejusmodi comprehendisse veteres, non vero jocorum lasciuiam et satyrae procacitatem immiscuisse, in vulgus notum est.

Hanc igitur, quam modo dixi, Deorum naturam internam (inneres Wesen) non raro laudibus Deorum hymnorum sanctitate celebrandis inseruiisse, cum nemo sit, quin sciat: nostram quoque Adonidis laudes sublimi carmine exponendas ex ipsa numinis indole ac natura hausisse, ita, ut de re nulla certius, habeo persuasum. —

Adonidem Graeci non minus ac Osiridem Aegyptii venerabantur omnis foecunditatis auctorem et sospitato-

---

Biblioth. Coisl. l. l. diserte ἐν τοις ὑμνοις exhibetur. Ὑμνες de quouis carminum genere in uniuersum saepius accipiendum esse minime ignoro, cum etiam ὑμνοθετης idem sit quod ποιητης, teste Hesychio, (vide et quae Cel. Ilgen in Eiresf. Hom. Opp. philol. I. p. 155 d. h. v. monuit.) Sed in distinguendis poëtarum carminibus grammaticos veteres alias negligentiores, tamen accuratius versatos esse, neminem fugiet. Quod quidem etiam de nostro loco dictum esse velim.

rem. Sacrum iis erat naturae ſtatas temporum vices ſubeuntis internarum virium niſu, cuncta, arborum fructus, et laetas frumentorum ſegetes producentis ſymbolum. Hic mythi ſenſus, hae fabulae, ſi quae alia, eleganti, notiones ſubjectae. Proſerpinam Adonidis dixere matrem 8), *cum ſemina brumali tempore in terra abdita latere et veluti demortua jacere, vires naturam genitrices remittere veluti et relaxare intelligerent. Venerem autem Adonidis fecere amicam* 9), *cum grata vice veris et Favoni cuncta, quae frigore contacta lethali fere ſomno ſopita requieuerant, denuo effloreſcere, cunctisque priſtinum vigorem, priſtinum decus redire animaduerterent. Adonidem, cujus amore tepet Aphro-*

---

8) Orph. Αδωνιδ. Θυμιαμ. IX. Hos Adonidis natales h. l. tenere juuabit. Alii Cinyrae et Myrrhae filium faciunt, alii alios ejus parentes confinxiſſe deprehenduntur. Apollodor. III, 14. Ovid. Met. X, 298. ubi vid. Burmann. Hygin. fab. 58.

9) Orph. ibid. v. 8. Adonis Κυπριδος γλυκερον θαλος vocatur, atque hos Adonidis et Veneris amores non ſolum apud Theocritum et Bionem, ſed alias quoque ſexcenties celebratos et variatos reperies. Similem, atque in multis cum noſtro conuenientem mythum de Cybeles et Attidis amoribus confinxerunt. cf. Macrob. Sat. I, 21. Catull. Carm. 62. Ovid. Faſt. IV, 225.

dite, Proserpinae thalamum, vrgente necessitate, subeuntem luget Venus tanquam tristi fato ereptum, et tacitum sub pectore dolorem premit 10). *Exacto temporum statorum spatio Adonis, relicto Acheronte, ad superas redit regiones; tacent lugubres naeniae, suumque Adonidem denuo nacta Venus dulci, quo tenetur, fruitur amore. — Singulas vero, quas leviter coloribus simplicissimis adhibitis velut in tabula duxi, imaginis venustissimae lineas, variorum ingeniorum arte et elegantia ita excultas, ornatas, laevigatas et politas reperies, vt colorem pristinum obscuriore vel viuidiore inducto mutatum et variatum haud facile dignoscas, atque vates, dum Venerem cum Adonide caro amori indulsisse canunt, antiquae mythi formae immemores, ipsos genio suo solummodo indulsisse deprehendas.*

Nostra, quam Orientales mentibus informauerant Adonidis notionem, hymni sui fecit argumentum, quod e singulis fragmenti nostri partibus elucet. Adonis, a Venere discedens, Orcum ingreditur Proserpinam visurus. Interrogatus ab inferis: Quo praestantissimo sub diuo relicto ad inania Ditis regna peruenerit? respondet: Solis et lunae sidus, astra et maturas fruges. Vides

---

10) Cf. Orph. l. l. et Bion. id. supr. laud. δακρυοτιμος et Theocr. multis in locis.

Adonidem a Praxilla induci plane eundem, quem in Oriente cultum, in Orphicis, Theocriti et Bionis carminibus celebratum ac deploratum animaduertis. Praestantiae primum nomine laudat sidera, eorumque in seminibus terrae recessibus inclusis fouendis, suscitandis, alendis vires conspicuas. His deinde adjungit maturitatem frugum earumque vbertatem, quam a se profectam et suis viribus excitatam intelligebat, cum pomifero anni tempore, seminum et arborum prouentus conspexisset, atque necessitati cedens in Orcum deuenisset: anno rursus mutante vices inde prodituros. 11)

Has vero in fragmento notiones quaerendas; ita singularum imaginum partes interpretandas esse, ipsa fragmenti vberior explicatio docebit, quam nisi vnice veram, reliquis certe omnibus 12) *multo reperies melio-*

---

11) *Adonis schildert als Sinnbild der Vegetabilien, des ausgeworfenen und eine Zeit lang unter der Erde verborgen liegenden und endlich hervorkeimenden Saamens, nicht sowohl nach dichterischen als nach philosophischen Ideen, die auf der Oberwelt wohlthätig auf ihn würkende Kräfte, und dann die Würkungen seiner eignen schaffenden Kraft.*

12) En totam veterum nostri loci interpretum turmam! Agmen ducat Zenobius Prouerb. Cent. IV. n. 21. in Andr. Schotti Adagiis Graecorum p. 84. Ηλιθιωτερος του

rem. Non nouaturiendi, tibi persuadeas, sed veritatis restituendae studium ut hanc proponerem explicationem me mouit.

Si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti.

Πραξιλλης Αδωνιδος.) Πραξιλλα Σικυονια μελοποιος ἐγενετο, ὡς φησι Πολεμων, ἁυτη ἡ Πραξιλλα τον Αδωνιν ἐν τοις μελεσιν ἐισαγει, ἐρωτομένον ὑπο των κατω, τι καλλιςον καταλιπων ἡκει; ἀποκρινασθαι, ἡλιον, και σεληνην, και σικυες και μηλα· ὁθεν ἐις παροιμιαν προηχθη ὁ λογος· ἠλιθιον γαρ το τῳ ἡλιῳ παραβαλλειν τους σικυες. — Diogenianus Prouerb. Cent. V. n. 12. in Andr. Schotti Adag. Graec. p. 219. Ηλιθιωτερος της Πραξιλλης) Αυτη γαρ ἐρωτομενη, τι καλλιςον; Ηλιος, ἐφη, και συκα. Ανοητοτερος Ιβυκε και Κορυβε και Μελιτιδε. — Suidas in ἠλιθιαζω Tom. II. p. 53 ed. Kuester: Ηλιθιωτερος τε Πραξιλλης Αδωνιδος· ἐπι των ἀναισθητων. — Mich. Apostolius Prouerb. Cent. IX. n. 81. Ηλιθιωτερος Αδωνιδος τε Πραξιλλης) Αδωνις γαρ τις Πραξιλλης ὑιος ἀποθανων, και ἐρωτηθεις προς των ἐν ᾳδε, τι καλλιςον ἀνω κατελιπεν; ἀπεκρινατο, ἡλιον, σεληνην, συκα, και μηλα· ἐδοξε γεν ἠλιθιος, ταυτα ἐξισων τῳ ἡλιῳ ὁμοια τῃ· Ανωτερος Λιβυκε και Κορυκε και Μελιτιδε. — Vaticanus interpres ap. Schott. l. l. hoc prouerbium ita explicat: Η Πραξιλλα Σικυωνια γελοποιος ὑπο των κατω ἐροτωμενη, τι καταλιπεσα ἀνω ἡκει;

ἀπεκριθη, ἡλιον, σεληνην, σικυους και μηλα, ἠλιθια δε ἐκριθη το τῳ ἡλιῳ τους σικυους συναριθμειν, ἡ χρη τραγῳδειν παντας ἡ μελαγχολαν. — Hos omnes igitur, cuncta ad prouerbii argutias qualescunque detorquendo, tenuem captasse auram animaduertimus, cum ipso Praxillae fragmento destituerentur. Non felicius tamen profecit, in verborum Praxillae ipsius sensu constituendo ille, qui agmen claudat, atque ex quo fragmentum ipsum hausimus, graecus interpres in Bibliotheca Coisliniana olim Segueriana ed. Montfaucon. Parisiis 1715. fol. Part. III. in selectis historicis p. 609. Cod. CLXXVII. vbi haec afferuntur: Ηλιθιωτερος του Πραξιλλης Αδωνιδος ἐπι των ἀνοητων. Πραξιλλα γε ἡ Σικυωνια μελοποιος ἐν τοις ὑμνοις εἰσαγει τον Αδωνιν ἐρωτωμενον ὑπο των καταχθονιων, τι καλλιστον καταλιπων ἐληλυθεν; ἐκεινον δε λεγοντα οὑτως· Καλλιστον μεν κ. τ. λ. Tunc pergit: εὐηθης γαρ τις ἰσως ὁ τῳ ἡλιῳ και τῃ σεληνῃ προς σικυους και τα λοιπα συναριθμων.

Singula vero paucis comprehendendo intelligitur, omnes in eo consentire, Praxillam voluisse Adonidis persona hominis hebetis ingenii ac stupidissimi imaginem exhibere; nullum autem eorum omnia Adonidis verba, sed quaedam raptim vario modo, et sine nexu afferre; Zenobium, Suidam, vt videtur, et graecum interpretem in Bibliotheca Coisliniana l. l. innuere, Praxillam ipsum Adonidis numen carminis facetiis exagitasse; Diogenianum, Laconica profecto breuitate conspicuum, et Vaticanum interpretem, ridiculum homuncionem, Praxil-

lam ipsam sistere insipidam et mentis expertem. Apostolium vero, vt sterilitatis dedecus, Orienti alias inuisum, a vate nostra remoueret, ipsum Adonidem Praxillae fecisse filium. Non minus denique in oculos incurrit, neminem illorum, quos primo loco posui, ex nostri interpretis graeci in Bibl. Coisl. copiis hausisse, cum illi verbis ac sententiis saepenumero plane conueniant, hic licet eadem tradat, verbis tamen ab iis differat, atque vnice Praxilleum fragmentum exhibeat, quod reliquos lateret.

Quae cum ita sint, atque Zenobium et Diogenianum, omnium, quos laudaui, haud dubie antiquissimos, tamen D. circiter annorum spatio disjunctos intelligerem; conjectura a facilitate commendata sese menti meae obtrudit. Tantum enim cum temporis interuallum Praxillam ejusque interpretes, quos nacta est, acutissimos scilicet teneat disjunctos; fieri potuit, vt carminibus nostrae vatis plurimam partem deperditis, grammaticorum error, interpretum inscitia et joci captandi mala cupiditas, prouerbii acumen Praxillae verbis obtruderet, obtrusum promulgaret; atque cum ignavum hocce imitatorum pecus, coecam inter sese paciscens fidem, ἠλιθιωτητα Adonidis probare conaretur, semet ipsum ἠλιθιοτατον serae posteritati ostenderet.

A veterum aberrationibus et explicationibus insulsis, ad recentiorum curas perlatus vereor, ne lucem res nostra claram nanciscatur. Fabricius quidem Bibl. gr. Vol II. p. 136. Apostolii errorem, qui matris honore Praxillam or-

nat, corrigit, et poëma ejus de Adonide intelligendum esse docet, sed fragmento ipso carens, nihil quod ad ejus explicationem valeret, adjicere potuit. Idem contigit Wahlio in *Magaz.* l. l. p. 56. et Hermanno in *Handb. d. Mythol.* II. p. 387. not. 720. quorum ille nil nisi fragmenti argumentum ex turbida grammaticorum cisterna haustum affert, hic fonte haud limpidiore usus sensum fictionis, quam Praxilla proposuit, capere non posse, profitetur Cel. Harlesius, cui disquisitionis hujusce summam, fragmentum ipsum dico, debeo, ad Fabric. Bibl. gr. l. l. not. i. locum Bibl. Coisl. laudat, et versionem ibi extantem allegauit. Quae cum *κάλλιςον* per „pulcherrimum," *ὡραίους* vero per „speciosos" reddat, quomodo Cel. Harlesius, ei assensum praebens, justum Praxillae verbis sensum eliciat, et rectam vatis mentem tueatur, nescio.

Πραξιλλα ἡ Σικυωνια μελοποιος ἐν τοις ὑμνοις ἐισαγει τον Αδωνιν ἐρωτωμενον ὑπο των καταχθονιων, τι καλλιϛον καταλιπων ἐληλυθεν, ἐκεινον δε λεγοντα ὀυτως: a)

Κάλλιϛον μὲν ἐγὼ 'λείπω φάος ἠελίοιο,

a) Sunt verba interpretis graeci in Bibl. Coisl. l. l. v. 1. Καλλιϛον ad omnia quae sequuntur neque solum ad φαος ἠελιοιο referendum, vt quaestioni: τι καλλιϛον καταλιπων ἐληλυθεν; accuratius respondeat, καλον vero non pulchritudinis solum et venustatis, sed praestantiae quoque et egregiae indolis inuolvere notionem, in vulgus notum. Cf. Xenoph. Mem. Socr. III, 1, 9. vbi καλλιϛον τω χειριϛω opponitur. Nostro loco καλλιϛον „praestantissimum" appellatur partim id, quod vim in Adonidem (s. sementem in terra latentem et progerminantem) exserit salubrem, partim id, quod ipso Adonidis numine profertur."

λειπω, „terram scil. et Venerem linquens, atque ad Proserpinam in Orcum descendens." Serius demum poëtae tradidere, alternos hosce Proserpinae et Veneris amores Adonidis ex Jouis et Calliopae sententia constitutos esse. φαος ἠελιοιο. Odyss. IV, 833. i. q. ἠελιος φαεθων Odyss. XI, 16. Solem memorat primum, quia ejus vis in seminibus fouendis, eliciendis et alendis conspicitur, quia omnis omnino

δεύτερον ἄστρα φαεινά, σεληναίης τε πρόσωπον,

---

foecunditatis et fertilitatis auctor habetur in regno vegetatiuo. In Orphic. hymn. VII, 5. 10. 12. κερασιν ἐχων ὡρων, ὡροτροφος κουρος, φερεσβιος, et καρπιμος propterea audit. Haec verba inprimis impediunt, quo minus in toto fragmento de Sole ab vno hemisphaerio ad alterum vergente cogitemus, cum Adonis, Solis anni vices subeuntis symbolum, tunc cum Sol inferioris hemisphaerii partem ingreditur, siue Adonis in Orcum descendit, vix dicere potuisset; Se semetipsum apud superos reliquisse.

v. 2. ἀστρα φαεινα. Et haec foecunditatem alere credebantur, noctis humidae, (quae Orph. h. II. v. 2. γενεσις παντων vocatur,) et roris nocturni viribus in plantis et frugibus alendis, in australibus praecipue regionibus conspicuis, ad astra, noctis progeniem, translatis. Appellantur hac de causa in Orph. h. VI, 3. 5. νυκτος φιλα τεκνα et γενετηρες απαντων σεληναιης προσωπον i. q. ἱερα κυκλα σεληνης, Leonid. Tar. ep. XLIX. Anth. Iac. I, p. 166, Aesopi epigr. v. 4. A. J. I. p. 52. coll. Sophocl. Antig. v. 416. σεληνη πληθουσα, Iliad. XVIII, 484. vbi sol, luna et sidera etiam, vti hic, juncta leguntur, sed ita, vt totum vniuersum exprimant, velut Eurip. Electr. v. 458. cum ουρανος et θαλασσα addantur. H. l. hanc explicationem locum habere non posse, cuilibet patet. De σεληναιης προσωπω juvabit con-

, ἠδὲ καὶ ὡραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὄχνας.

---

tulisse' Ovid. Met. VII, 180. Cum Venus ipsa veteribus esset lunae symbolum, et propterea haud dubie etiam Orph. h. LIV, 2. 3. νυκτερια, φιλοπαννυχος appelletur, cf. *Hermann Handb. d. Myth.* II. p. 391. Σεληνη h. l. ab Adonide inter ea referri, quae praestantissima et maxime cara ipsi viderentur, nemo mirabitur. Huc accedit, quod ipsa luna habita fuit foecunditatis causa. Orph. h. VIII, 4. 5. Σεληνη, αρσην και θηλυς (i. e. foecunditatem promovens, ita Amor Orph: V, 1. διφυης et Adonis ipse eadem de causa Orph. LV, 4 κουρη και κορυς. cf. Gesner. ad Orph. Argonaut. 14.) et φερεκαρπος.

v. 3. ἠδε. Postquam Adonis ea, quae vires suas in feminum et frugum nutritum exserunt, enumerasset, pergit ad ea recensenda, quae praestantissima, non minus quam illa, et propriis viribus effecta ac prolata sunt. Est enim Adonis et ipsa causa ortus plantarum et frugum, quod ex nominibus, quae ei tribuuntur, elucet. Vocatur Orph. h. LV, 2. 3. 4. 6. τροφη παντων, αειθηλος, κουρη και κουρος, αυξιθαλης, et βρυων ωραισι ποθεινοις. Pro ωδαισι enim cum Ruhnken Ep. II. p. 88. ωραισι, vti de terra legitur Orph. h. XV, 3. καλαις ωραισι βρυουσα restituo et refero το βρυειν ad turgidam et redundantem auctumni vbertatem Nam βρυειν haud bene de ωδαισι accipitur, et ad cultum

Adonidis per mulieres lugentes peractum refertur, quod δακρυστιμος v. 6. exprimit, atque Gesnero ad h. l. et Hermannno *Handb. d. Myth.* II. p. 390 arridet. ὡραιος, „tempestivus, maturus;" Hesych: ὡραιον· καιριον. Sic τρωκτα ὡραια, Xenoph. Anab. V, 3, 12. et Aelian. V. H. I, 31. cf. ibi Perizon. et ὡραιοι καρποι vel τα ὡραια omnes fructus, qui in ὡρᾳ ἐτους (vid. Schneider. Lex. f. h. v.) maturescunt, in vniuersum fructus annui, hornotini et horaei. Hanc primam vocis ὡραιος notionem et h. l. teneamus necesse est, cum altera „in suo genere perfectus" (Pind. Ol. IX, 140. ὡραιος και καλος) ideoque „pulcher", licet aptum quoque fundat sensum, tamen Adonidis effectibus minus videatur accommodata, atque in errorem grammaticis illis communem facile inducat.

σικυους. Ita Bibl. Coislin. Zenobius et Vaticanus interpres apud Schottum l. l. Wahlius l. l. p. 56. pro σικυους legendum esse conjicit συκαι „ficus," quod Diogenianus et Apostolius probant. Non est, cur ego Wahlii lectionem refellam, cum metri leges hoc fungantur officio, quibus Wahlius grammaticorum horrida verba vix adstringere poterat. De occultis vero, vt tritum ait prouerbium, non judicat ecclesia. — σικυους, (vid. Theophrast. hist. pl. VII, 4.) male Hesychius per σπερματιας· ὀν ἡμεις μηλοπεπονον, et deinde, ὀν νυν ἰδιως πεπονα λεγουσιν explicat, melones Palladii nostrum *Melone oder Pfebe, Angurie*, gr. πεπων. Σικυος potius f. σικυς est lat. „cucumis" (*die Gurke, welche unreif*

gegessen wird) alias ὡμος μηλα. Hesych. παντος δενδρε καρπος. ἐξαιρετως δε της μηλεας et alibi in μηλον· πας καρπος, sc., δενδρων. Consentit cum eo Bisetus ad Aristoph. Nub. vs. 974. Respondet lat. „pomum et malum," quod etiam vt μηλον de quouis arborum fructu vsurpatur, praecipue vero gr. μηλον de „malo cydonio s. cotoneo" (*Quitten*,) (μηλον κυδωνιον Stesich. fragm. ap. Urs. in fragm. lyric. p. 86.) adhibetur. Aristoph. Nub. 974. Anacr. XXIX, 18. coll. Virgil. Ecl. II, 51. et quae Cel. Heyne ibi monuit.

ὀχνας. Ita corrigenda texta, cum Bibl. Coisl. ὀχνες efferat ex typothetae errore. ὀχνη, vt h. l. et Callim. h. in Cer. 28. et ὀγχνη, vt Odyss. VI, 115. et XXIV, 246. legitur, Hesychius per ειδος καρες ἡ καρεμενε interpretatus est, atque „pira Crustuminia." Virg. Georg. II, 88. intellexit. Theophrastus vero rectius hist. pl. II, 7. ἀπιες et ὀχνας distinguit, illo verbo piros satiuas, hoc silvestres exprimens. Hoc vero loco ὀχνας non arbores, sed „pira silvestria" indicare, ex toto loco satis liquet. De v. ὀχνη cf. quae Spanh. ad Callim. l. l. n. 683. Clark. et Ernesti ad Hom. l. l. Servius l. l. Schol. Theocr. ad Id. I, 134. Periz. ad Ael. V. H. III, 36. et Colum. V, 10. monuerunt.

III. a)

Virginem, morum lasciuia famosam, ioci acumine perstringit.

Ὦ διὰ τῶν θυρίδων καλὸν ἐμβλέποισα,
παρθένε τὰν κεφαλὰν, τὰδ᾽ ἔνερθε νύμφα.

---

a) Adducit hoc fragmentum Hephaest. p. 24. 13.

v. 1. θυρίδες. θυρὶς et θυρίδες „fenestras" denotant. De primo nemo dubitat; alterum vero non idem esse quod θύρα et θύριον s. θυρίδιον, sed fenestras indicare, ex hoc ipso fragmento patet. coll. Asclepiad. ep. XV. A. J. I. p. 147. ad q. l. Iacobsius et nostri loci meminit et, ad fenestram stare meretricum fuisse, animaduertit, adducto Winkelm. Hist. Art. p. 121. De fenestris veterum non vitreis, sed aperturis, muro rarius insertis et lignis transversis, munitis, quae seriori tempore nostras, quas dicimus *Jalousien* referrent, cf. *Potters Archaeologie* III. p. 364. et *Guys litt. Reise n. Gr.* I. p. 43. et Cel. Heyne ad Virg. Aen. III, 152.

v. 2. παρθενος, puella innupta, virum nondum passa. ταν κεφαλαν, quod ad caput attinet. Velo enim et mitra reliquisque capitis ornamentis virgines graecae differebant a mulieribus.

Hinc jocose pariter et acute sibi opponunt ταν κεφαλαν et ταδ' ἐνερθε. „Caetera quis nescit?"

νυμφα. Hesychius: ἡ νεωςι γαμηθεισα. Diodor. Sic III, 136. ἐκληθησαν δε Ατλαντιδες και αἱ νυμφαι, δια το τους ἐγχωριους κοινη τας γυναικας νυμφας προσαγορευειν. Non igitur νυμφη Graecis est solummodo sponsa, sed non raro recens nupta et conjux (Hom Il. III, 130. Aeschyl. Agam. 1188. νεογαμου νυμφης δικη, et Eurip. Hippol. 551. vbi ἀνυμφος, innupta, cum ἀνανδρος jungitur) et respondet lat. „nympha" Tibull. III, 1, 21. vbi vid. Cel. Heyn. obss. et praeterea Spanh. ad Callim. p. 104. 105. Meziriac. ad Ouid. Ep. I, 27. et ibid. Burm. denique Wolf. ad n. l. p. 76. Nostro loco describitur virgo lasciuior innupta, quae nimium indulserat Veneri, virginis tamen honorem sibi vindicaret.

VI.

N O S S I S.

— — — — — — Μυροπνους εὐανθεμος ἰρις

Νοσσιδος, ἡς δελτοις κηρον ἐτηξεν Ερως.

VI.

NOSSIS.

Noſſis, 1) non Lesbia, 2) ſed Locrenſis, qualem ipſa ſeſe profite-

1) Vid. Fabric. Bibl. gr. l. l. p. 133. Olearius p. 169. Reiske l. l. p. 250.

2) Cum in collectione Ienſiana carmini 148. inſcriptum eſſet: Νοσσιδος Λεσβιας, quam quidem inſcriptionem Wolfius, Olearius et Brunckius tanquam ſatis leuem ignorarunt, Reiskius eo lubentius eam ſuſcepit, quo pronior eſſet ad ſtatuendum, plures fuiſſe Noſſides, quarum primum quidem duas et deinde tres adeo facit, temporum rationibus, vt ait, coactus. Cum enim Rhinthonis mentionem feciſſet vates in Epigr. XII. hujus auctorem, quam Lesbiam initio quidem ſuſpicatur, Rhinthonis aequalem putat, Locrenſem vero eamque antiquiorem Noſſidem, epigramma in Sapphonem condidiſſe cenſet. Quibus duabus non contentus, tertiam addit, et jam inuerſis omnibus duas Locrenſes facit, alteram Sapphoni aequalem, alteram Bruttiis et

tur, 3) Theophilam, Cleochae filiam, matrem venerata est, 4) vt rursus ipsa loquitur. Rhinthonem Tarentinum vel Syracusanum, qui circa Ol. CXVI. Ptolomaei Lagi aetate vixit, 5) epigrammate 6) celebrans, et reportatam de Bruttiis, quos non ante Ol. CVI. tempore Dionysii iunioris rempublicam constituisse ex Diodoro Siculo 7) et Strabo-

---

Rhinthoni et tertiam Lesbiam. Sed miror, virum summum ita se vexari passum esse, cum non intelligam, quid nobis leuissimam Jensiani exempli, corrupti forsan, inscriptionem obtrudere possit, cui aperte omnia sint contraria. nec in epigrammate illo ad Sapphonem argumentum, invenio, quod nos, vt auctorem ipsius Sapphoni aequalem habeamus, ostringere possit. Omnis potius istius carminis natura (vt infra videbimus) ita comparata esse mihi videtur, vt elegantissimum poëtriae lusum natiua facilitate et ex tempore expressum putem.

3) Vid. infra epigr. XI et II. ad quod posterius cf. Bentlej. diss. de Epist. Phalarid. contr. Car. Boyl.

4) Vid. infr. ep. II.

5) De Rhinthone cf. Fabric. Bibl. gr. ed. Harl. Vol. II. L. II. C. 19. p. 320. et Opsop. ap. Wolf. p. 82. vid. et quae infr. ad epigr. XII. monuimus.

6) Vid. ep. XII.

7) Diod. S. L. XVI. c. 15. p. 93. ed. Wessel. vid. infr. ad ep. VI.

ne [8]) efficitur, Locrensium suorum victoriam canens [9]) ipsa optime nos docet, quod in assignanda ejus aetate vix Ol. CXVI. h. e. CCCXII. fere a. C. n. annum excedere debeamus.[10]) Cecinit ergo vates nostra fere tunc, quum paulo ante, Dario rege victo, amplum Persarum imperium Alexandro M. succubuerat, et summus ipse hic imperator breui post supremum fatum subiret. Quemadmodum vero, quae de Nossidis vita nobis innotuerunt, ipsius carminibus debemus, ita et ipsa haec carmina, licet non multos praedicatores nacta fuerint, his, cum internum ipsis competeret pretium, ne indiguere quidem. Aliena commendatione superiora θηλυγλωσσȣ, quam Antipater [11]) dixit, vatis nostrae epigrammata, quibus tempus edax rerum pepercit, legentur, et tenuem grajae Musae spiritum profitebuntur.

---

8) Strab. L. VI. p. 392. ed. Amsterd. 707. ibiq. Casaubon.

9) Vid. infra epigr. VI.

10) Mecum faciunt Fabric. Bibl. gr. l. l. Olear. diss. d. p. G. l. l. et Bentlej. in diss. de Epist. Phalarid. contra Bayl. p. 355.

11) Antip. Thess. ep. XXIII, 7. Anth. Iac. II. p. 101.

I. *)

Amoris dulcedine delenita ac prope capta Noſſis hos, quibus tota perfunditur, pectoris ſenſus ingenue prodit. Nihil, inquit, amore dulcius eſt, at nonniſi is, cui Venus favet, amoris ſuauitatem nouit.

Ἅδιον οὐδὲν ἔρωτος, ἔρωτος δεύτερα πάντα
ἐστὶν· ἀπὸ στόματος δ' ἔπτυσα καὶ τὸ μέλι.
Τοῦτο λέγει Νοσσίς· τινὰ δ' ἁ Κύπρις οὐκ ἐφίλασεν,
οὐκ οἶδεν τήνας ἄνθεα ποῖα ῥόδα.

*) Legitur hoc carmen in Cod. Vat. p. 112. Primus edidit Bentlejus in not. ad Callimach. epigr. XXX.

v. 1. ἔρωτος — παντα. Cuncta, ſi cum amore comparaveris, ſecundum locum obtinent, ipſo primum ſibi vindicante.

v. 2. ἀπο στοματος — μελι, mellis adeo ſuauitatem amor ſuperat. — Cum melle praeſtantiſſima quaeque conferri frequens eſt.

v. 3. τουτο — Νοσσις. Perplacet natiua hujus profeſſionis ſimplicitas.

τινα — ῥοδα, h. e. οὐκ οἰδεν, ποια ἀνθη,

II. *)

Theophilis, Cleochae filia atque Nossidis mater, vna cum hac Iunoni Laciniae vestem byssinam, communes labores, pie consecrat.

ϱοδα ἐκεινης ἐςιν] Rosae Veneri et Amori sacrae sunt; hinc Anacr. V, 1. ϱοδον το των ἐρωτων, ad quem locum cf. Fischerus, qui plura collegit, et Wackefield in sylu. crit. Tom. I. p. 54. Aliter Olearius, quem Cel. Herder in versione h. c. quam exhibere licuerit, sequutus est, hunc locum constituit: Ουκ οιδεν κτηνα δ' ανθεα ποια ϱοδα. Herderi itaque versio (zerstr. Blätt. II. p. 59.) sic se habet:

Süsser ist nichts als Liebe, von allem Schönen der Erde
ist sie das schönste Glück; Honig ist Galle zu ihr.
Das spricht Nossis; aber nur dem, den die Göttin geliebt hat,
andre verstehen es nicht; und auch die Rose verblüht.

---

*) Reperitur in Cod. Vat. p. 192. vnde Holstenius ad Steph. Byz. in Λακινιον produxit.

Ἡρα τιμήεσσα, Λακίνιον ἃ τὸ θυῶδες
πολλάκις ὠρανόθεν νεισομένα καθορῇς,
δέξαι βύσσινον εἷμα, τό τοι μετὰ παιδὸς ἀγαυᾶς
Νοσσίδος ὕφανεν Θευφιλὶς ἁ Κλεόχας.

---

v. 1. Ἡρα s. Iuno, Saturnum et Rheam parentes, Iouemque conjugem habuisse dicitur. *Nitsch. Mythol. Wört.* p. 1176. sq. sub ea antiquissimis temporibus lunam adumbratam esse censet, unde et mox tanquam regina coeli culta sit, cum praeterea et aëris symbolum, infestumque Diis hominibusque numen fuerit. cf. *Hermann. Handb. d. Mythol.* Th. I. p. 70. Celebre Iunonis templum erat in Lacinio promontorio non procul ab vrbe Croton, in Italia inferiore, sita; adeoque in viciniis vrbis Locris, vnde non fine probabilitate Bentlejus Nossidem Locrensem fuisse ex hoc epigrammate conjecit. Λακινιον θυωδες, vt ep. adesp. CCXXXVIII. b. A. J. IV. p. 166. νηος θυωδης, et Callim. ep. XXI. Anth. Jac. I. p. 217. ευωδης νηος: θυωδες, dicitur a thure omnibusque ac singulis Deae ibi offerri solitis sacrificiis; θυειν enim proprie „suffire," tunc et in vniuersum „sacra facere."

v. 2. ὠρανοθεν — καθορης. Dii sacrificiorum solemnibus, in ipsorum honorem institutis, praesentes interesse credebantur.

v. 3. δεξαι — ειμα. Vt pietatem, vel gratum in Deos ani-

mum ostenderent, donaria siue ἀναθηματα (de quo vocabulo vid. infra ad nostrae epigr. V.) ipsis templorum columnis siue foribus suspendentes dicarunt, quae pro diuerso, quod quis profitebatur, vitae genere ipsa erant diuersa; sic miles arma suspendit, (cf. Mnasalc. epigr. VI. Anth. Jac. I. p. 124. et infra ep. VI. et inprimis Anyt. I.) nauta spolia e ναυμαχια reportata consecrat, (Simonid. ep. XXXI. Anth. Jac. I. p. 65.) pastor fistulam sylvestrem (Tibull. II, 5, 30. Virg. Ecl. VII, 24.) mulieres, Palladis opera exercentes, instrumenta textoria ponunt, (Leon. Tarent. epigr. VIII. et IX. Anth. Jac. I. p. 65.) pastor fistulam syluestrem (Tibull. II, 5, 30. Virg. Ecl. VII, 24.) mulieres, Paldis opera exercentes, instrumenta textoria ponunt, (Leon. Tarent. epigr. VIII. et IX. Anth. Iac. I. p. 155.); commode nostra cum matre vestem byssinam offert, sua manu fabricatam. Similia ἀναθηματα plura infra inuenies.

βυσσινον. Pollux Onom. Lib. VII. c. 17. Και μεν και τα βυσσινα, και ἡ βυσσος λινε τι ειδος παρ' Ινδοις· ἠδη δε και παρ Αιγυπτιοις απο ξυλε τι εριον γιγνεται. Bombacem vel Gossypium esse intelligendum, docuit Forster in peculiari libro de Bysso antiquorum, cujus docta disputatio conferenda est. — Telae byssinae varii generis erant, ceterum tenuissimae, interdum pictae et tunc temporis pretiosissimae. — παιδος ἀγαυας. Forsan tela ista primum erat pensum, quo Nossis matris ope adjuta absoluerat, ita vt opere peracto sensu proprio ἀγαλλεσθαι poterat.

III. *)

Preces ad Dianam Lucinam, vt missa venatione ad Alcetidem, Nossidis, vt videtur, amicam volare, parturientique sua ope praesto esse velit.

Αρτεμι Δᾶλον ἔχοισα καὶ Ορτυγίαν
ἐρόεσσαν,

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 193. cum inscr. ὡς Νοσσιδος. Primus edidit Küster ad Suid. sub Ιγωπος.

1) v. 1. Αρτεμις, Iouis et Latonae filia, quam haec illi in insula Ortygia peperit, (Hymn. Hom. in Dian. 21. in Apoll. 16.) unde ipsi sacra erat (Pind. Nem. I, 2.) ita vt Delos, vbi Apollo ipsius frater natus erat, et, vt alii volunt, ipsa Diana (cf. Spanh. ad Callim. hymn. in Del. v. 255.). Cum sub Artemidis persona Lunam adumbrarent, cujus radios cum telis conpararunt, haec Artemidi tribuentes, venatricem descripserunt (Iliad. XXI, 481. sqq. et Hom. hymn. in Dian.). Quum denique Lunam terrae fertilitatem promouere crederent, hoc ad Artemidem transferentes, illam omnis generis fertilitatis auctorem dixere, ita vt et munus Ειλειθυιας, quae Phoenicum Astarte erat, et, cum parturientium curam habebat, (cf. *Herm. mythol. Handb.*

τόξα μὲν ἐς κόλπους ἄγν' ἀπόθου χαρίτων,

Th. II. p. 454.) partum suis telis, h. e. radiis promouebat, (vnde partus dolores) cf. Il. XI, 269. et *Koeppen* ad h. l. Artemidi quoque traderent; sic Eurip. Hippol. v. 166. cf. de Artemide *Nitsch mythol. Wörterb.* p. 689. sqq. et *Hermann. Handb. d. Mythol.* l. supr. l. et I. p. 276. Inprimis de Ilithyia videndus est *C. A. Boettger* in singulari libello: *Ilithyia, oder die Hexe; ein archaeol. Fragment nach Lessing. Weimar* 1799. qui p. 25. nostri quoque carminis mentionem iniecit.

v. 2. τοξα — χαριτων. Iubet poëtria Dianam tela in Gratiarum sinus deponere, quo vel simpliciter hoc voluit, vt venari illa desineret, vel, quod fere probabilius est, et hoc innuit, vt lenis, sine telis quibus dolores afferret parturientibus, venire vellet, quod Phaedimi epigr. III. Anthol. Iac. I. p. 93. vbi puerpera Dianae gratias agit, quod ἀτερ τοξου venerit, firmare videtur. Quod vero ex h. l. χαριτες (non vero Nymphae, vt alias, Odyss. VI. 102. Virg. Aen. I, 502. Callim. hymn. in Dian. v. 15.) Dianae comites nominantur, non ita nos mouere debet, cum saepius poëta talia variare soliti sint. cf. quae Cel. Heyn. ad Virg. Aen. I, 71. Excurs. II. monuit. Praeterea nec prorsus insolens et haec fictio, cum certe Artemis interdum Musarum Gratiarumque choros instaurare dicatur. cf. Hom. hymn.

λῦσαι δ' Ἰνωπῷ καθαρὸν χρόα, βᾶθι δ' ἐς οἴκους
λύσουσ' ὠδίνων Ἀλκέτιν ἐκ χαλεπῶν.

---

in Dian. v. 15. vid. et Iacobs. — ἐς κολπους. κολπος est „ſinus veſtimenti," qui ζωνη, veſtem (πεπλον) cohibente, efficitur, Euſtath. ad Il. XXII, 80. ἐστι δε κολπος μεν το ἐπανω της ζωνης κολπωμα του πεπλου. Amabant veteres amplas et ſinuoſas veſtes; hinc mulieres graecae ſaepius βαθυκολποι vel βαθυζωνοι apud Homerum et alios dicuntur; loca collegit Cel. Fiſcher. ad Anacr. V, 14. qui quidem βαθυκολπος de „grandiuſculis mammis" intelligit, quod nolim. vid. *Koeppen.* ad Hom. Il. I, 429. Apud Pind. Pyth. I, 23. Muſis et VIII, 2. Gratiis hoc epitheton tribuitur. Commode itaque Αρτεμις τοξα Gratiis in ſinu condenda tradere potuit. Hunc geſtandi modum obuium fuiſſe, ſatis ſuperque notum — τοξα ἁγνα i. e. „ſancta," quatenus Dea ipſis vtebatur; ſimiliter καθαρον χροα dixit. Ornat vtrumque epitheton.

v. 3. λουσαι — χροα. Egregie Iacobs. ad h. l. „Dianam tibi finge a venatione redeuntem puluere et ſanguine conſperſam; quare ſe abluit, vt venatores opere peracto ſolent." Cf. Apoll. Rhod. II, 937. — Ινωπος fons et fluvius in inſula Delos. Plin. H. N. II, 103. Hom. hymn. in Apoll. hunc ibi natum refert v. 18. *grata Dianae materna Inopi unda*

IV. *)

In Veneris templum delata, comites, vt auream, quam Polyarchis meretrix ex diuitiis, corporis quaestu paratis, Deae dicauerat, statuam spectent, grata animi leuitate hortatur.

Valer. Flacco v. 105. dicitur, Dianam ibi cum Nymphis versantem praedicat Callim. hymn. in Dian. 170.

sqq. βαθι — χαλεπων. Callimach. epigr. XXI. Anth. Iac. I. p. 217.

Και παλιν Ειλειθυια, Λυκαινιδος ἐλθε καλευσης
Ευλοχος ὠδινων ὡδε συνευτοκιῃ.

ὠδιναι χαλεπαι, vt Callim. hymn. in Dian. v. 21. ὀξειαι quem l. cf.

---

*) Legitur in Vat. Cod. p. 412. et Nossidi tribuitur. In Planud. p. 341.

Ελθοῖσαι ποτὶ ναὸν, ἰδοίμεθα τᾶς Ἀφροδίτας
τὸ βρέτας, ὃ χρυσῷ δαιδαλόεν τελέθει.
εἵσατό μιν Πολυαρχὶς, ἐπαυρομένα μάλα πολλὰν

---

v. 2. βρετας. ξοανον ειδωλον, Hesych. παρα το βροτῳ εοικεναι, teste Suida et Ammonio, qui βρετας ita a ξοανῳ et ἀγαλματι differre ait, vt cum haec lapidea siue eburnea sint, illud aeneum sit. De v. βρετας vid. Spanh. ad Callimach. hymn. in Dian. 238.

v. 2. χρυσω δαιδαλοεν, δεδαιδαλμενον, „statuam auream adfabre factam." δαιδαλ. a Δαιδαλῳ, peritissimo veterum artifice, de quo cf. Diod. Sic. IV, 76-79. Pausan. I, 4. Schol. ad Eurip. Hec. 838. Plura reperies de ipso in *Nitsch mythol. Wörterb.* p. 650.

v. 3. εισατο μεν Πολυαρχις. Simile meretricis αναθημα, quae praeter alia multa ἀργυρουν Ερωτα donaverat, Leonidae Tarent. epigr. V. Anth. Iac. I. p. 154. describit. Si, quam largam hujus generis αναθηματων copiam gratus meretricum in Venerem animus vouerit, cognoscere velis, en! praesto est Athen. XIII. p. 572. qui meretricum, quae Veneri templa et statuas dedicauerunt, catalogum exhibet.

κτῆσιν ἀπ' οἰκείȣ σώματος ἀγ-
λαΐας.

---

v. 4. ἀπ' οἰκείȣ — σωματος. — ἀγλαΐας. Rem ſatis turpem egregie expreſſit vates; minus eleganter auctor adeſpoti CCCXXXVII. Anth. Iac. IV. p. 189. dixit: ἡ δὲ Φερȣσα πορȣς ἀπο σωματος. — ἀγλαΐα, κάλλος, „venuſtas," ap. Apollod. I, 3, 1. Gratiarum vna hoc nomine inſignitur. — Vertit hoc ep. Olearius ap. Wolf. ad h. l.

Adſumus hoc templo ſpectatum Cypridis almae
Signum, auro fictum, Daedaleae artis opus.
Id ſtatuit Polyarchis ei, cui magna paravit
Emolumenta decus ſummum, et in ore nitor.

V. *)

Samytha Veneri comae redimiculum ponit, quod Deae propter artem, in ipso conspicuam, et dulcem, quem spirat nectaris odorem, gratum acceptumque videtur. b)

Χαίροισάν τοι ἔοικε κομᾶν ἄπο τὰν
Ἀφροδίταν.
ἄνθεμα κεκρύφαλον τόνδε λαβεῖν
Σαμύθας·

---

*) Vat. Cod. p. 194. sub δαιδαλεον, Küster ad Suid.

b) Simile donarium commemorat inter alia Antip. Sid. ep. XXI. A. I. II. p. 11. et Arch. ep. V. A. I. II. p. 80.

v. 2. κομαν ἀπο pro ἀπο κομαν, itaque idem quod gestauerat κεκρυφαλον, dicauit.

v. 2. ἀνθεμα f. ἀναθημα, „donum, quod Diis consecratur (ἀνατιθεται), templorum parietibus, columnis, vel denique foribus appensum;" vid. quae supra ad Noss. II. diximus, et de ἀναθηματων vocabulo cf. Kypke obss. I. II. p. 11. sacr. p. 316. Wolf. cur. phil. ad Rom. IX, 3. et Gal. I, 8. Ruhnk. ad Timaeum p. 4. et *Potter Gr. Alterth.* ed. Rambach. Th. I. p. 550. κεκρυφαλον, σαβακαθιον δεσμοτριχον, „reticulum quo ad capillos continendos caput constringebant."

δαιδάλεος τε γάρ ἐςι, καὶ ἀδύ τι
νέκταρος ὄζει,
τῷ, τῷ καὶ τήνα καλὸν Αδωνα
χρίει.

---

cf. Eustath. ad Il. XXII, 469. et Perizon. ad Ael. V. H. VII, 9.

v. 3. δαιδαλεος, „artificiosum" dicitur illud reticulum, vt καλυπτραν qua etiam mulieris caput tegebant, δαιδαλεην. dicit Hes. Theog. 574. αδυ τι — οζει. Amabant veteres, capillos vnguentis praestantissimis delibuere, vt suauem inde odorem emitterent, hinc et κεκρυφαλος οζει, vt simili ratione Antip. Sidon ep. LXXII. Anth. Iac. II. p. 29. λιποων dicitur.

Nectar Deorum potus ex Homero aliisque credebatur; teste Athen. II, 2. in Olympi, Lydiae montis, viciniis e vino et melle, herbis suaueolentibus admistis, potus sic dictus parabatur; hinc non incommode vnguenti praestantioris loco nectar nominari potuit; quem in vsum nectar et ambrosiam a Thetide ad vnguendum Patrocli corpus adhibita esse legimus Hom. Il. XIX, 38. (cf. *Koeppen* ad h. l.) Il. XXIII, 186. cf. Bion. Fragm. I, 3. vti et Cyrene ap. Virg. Georg. IV, 415. Aristaeum filium, Ambrosia, liquidum odorem diffundente, illinit, eodem, quo Thetis, modo. cf. Iliad. XIV, 170.

v. 4. τῳ — χριει. Non absonum credere, Venerem nectare suum Adonidem, jamjam, illatis ab apro vulneribus, mortuum, vnxisse, certe, vt ipsum

VI. *)

Locrensium, civium suorum, fortitudinem, qui Bruttios, tumultus excitantes, vicerant, spolia, ipsis erepta, in Deorum templis suspenderant, ita nostra celebrat, vt, id quod omnis hujus epigrammatis color indicat, tenerum in patriam amorem et acerbum in ejus hostes odium prodat.

Εντεα Βρέττιοι ἄνδρες ἀπ' αἰνομόρων
βάλον ὤμων,
Θεινόμενοι Λοκρῶν χερσὶν ὑπ' ὠκυ-
μάχων,

---

variis olei vnguentique generibus delibuat, in venustissimo Bionis Idyll. I, 77. jubetur:

Ραινε δε μιν μυρτοισιν ἀλειφασι ῥαινε μυροισιν.

---

*) Reperitur in Cod. Vat. p. 166. Ed. Bentl. ad Phal. Ep. p. 198.

v. 1. Ἐντεα, ἀπο τȣ ἐντος περιεχειν και σκεπειν το σωμα. Respondet huic vocabulo latinum: „arma." Possis de „clypeo" cogitare, nisi „thoracem" intelligere malueris, ita vt ὠμοι in sqq. „brachia" significent. Sic ap. Hegesipp. ep. III, 1. Anth. Iac. I. p. 187. ἀσπις ἀπο βροτεων

ἂν ἀρετὰν ὑμνεῦντα, θεῶν ὑπ' ἀνάκτορα κεῖνται,

κ.τ.λ. vid. Reiske Anth. Cephal. ad Carm. 421. Caeterum cf. Iliad. XVI, 650. — Forma singularis numeri ἐντος in vno Archilochi fragmento III, 2. A. J. I. p. 41. occurrit. Βρέττιοι vel Βρέντιοι, Bruttii, populi erant inferiorem Italiae partem incolentes, de quibus Strabo Geogr. ed. Amstelod. 1707. p. 392. Ὠνομάσθαι δὲ το ἔθνος ὑπο Λευκανῶν. Βρεντίες γαρ καλῦσι τὺς ἀποστάτας· ἀπέστησαν δ', ὡς φασι, ποιμαίνοντες αὐτοις πρότερον, εἰθ' ὑπο ἀνέσεως ἐλευθεριάσαντες, ἡνίκα ἐπεστράτευσε Διων Διονυσίῳ καὶ ἐτάραξεν ἅπαντας προς ἅπαντας. Illud ipsum tempus, quo Bruttii civitatem constituerunt, Diodor. Sicul. Lib. XVI. cap. 15. (97.) p. 93. ed. Wessel. ad Olymp. CVI. refert Reiskius in Anthol. Cephal. p. 251. ipsos Bruttiorum nomine antea quoque appellatos esse censet, id quod Diodor. Sicul. locus XII, 22. p. 492. firmare videtur, aperte tamen haec cum supra laudatis pugnant.

ἀπ' — ὤμων. Humeri Bruttiorum ἀνάμμοροι, „infelices, miserae sortis," dicuntur, id quod de ipsis Bruttiis intelligendum est, ob acceptam cladem. Sic vocabulum occurrit Odyss. IX, 53.

v. 3. ἄνακτορες, „reges," dicuntur Dii; hinc ἀνάκτορον, propr. „regium palatium," etiam de templis Deor. vsurpatur; sic Callim. hymn. in Apoll. v. 77. ad quem loc. cf. Spanh. — Spo-

οὐδὲ ποθεῦντι κακῶν πάχεας, ἆς ἔλιπον.

---

lia Diis a militibus posita esse, supra ad ep. II. monuimus. De voc. κεισθαι hoc sensu vid. infr. ad Anyt. I, 3. — ὤν — ὑμνευντα. Elegans dictio; sic infr. Anyt. I. κρανεια Palladi sacra ἀγγελλουσα ἠνορεαν Ἐχεκρατιδα.

v. 4. οὐδε — ἔλιπον. Acerbius nostra in Bruttios inuehitur: „ipsa arma a Brutiis olim gestata, negant ad timidos, κακους, quos quasi lubentes reliquerunt, redire."

VII. *)

Puellulae imaginem adspectans miram inde voluptatem percipit, quod matri, quacum forsan familiaritate conjuncta erat, simillimam inueniat.

Αυτομέλιννα τέτυκται· ἴδ᾽ ὡς ἀγανὸν τὸ πρόσωπον
ἀμὲ ποτοπτάζειν μειλιχίως δοκέει·

---

*) Exhibet Cod. Vat. p. 206. tersum hoc epigramma, quod Bentlejus in diss. de epist. Phalar. p. 199. primus edidit.

v. 1. Αυτομελιννα τετυκται. Sic Iul. Aegypt. ep. XL. — Αυτην Θειοδοτην ὁ ζωγραφος cf. ep. adesp. CCLIV. A. J. IV. p. 120. Αυτομελιννα pro αὐτα Μελιννα, „Melinna ipsissima" (expressa, fabricata est) sic Lucian. Tom. III. p. 13. Αυτοθαϊδα την κωμ. vid. Hemsterh. ad Luciani Timon. T. I. p. 434. ed. Bip. ἀγανον προσωπον, „placidus, blandus vultus;" infr. x. ἀγανοβλεφαρος.

v. 2. ἀμε ποτοπταζειν, dor. pro ἐμε προσοπταζειν, vt infra ποτωκει pro προσωκει. Solemus in adspiciendis tabulis pictis et signis, quibus viuidus ille color, quo tantopere delectamur, inest, inprimis si hominum formas exhibent, dicere, quod nobis arridere videantur.

ὡς ἐτύμως θυγάτηρ τᾷ ματέρι πάντα ποτώκει.
ἦ καλὸν ὅκκα πέλει τέκνα γονεῦσιν ἶσα.

---

v. 3. ὡς — ποτώκει, „tanquam filia verissima, quae et natalibus et ipsa forma sic dici potest, matri in omnibus simillima est." Blanda salutatio, quae puellulam pulcrae matri similem esse dicit; sic Hor. Carm. I, 16, 1. „O matre pulcra filia pulcrior." — ποτωκει s. προσωκει pro προσεοικει. Amant Dores a praeteritis actiuis et mediis noua verba formare; sic supra τεθνακην Sapph. II, 15. a τεθνακω, quod a τεθνακα, vt a πεποιηκα πεποιηκω. Plura exempla si inspicere volueris, cf. Wolf. ad Sapph. Fr. p. 32. n. 29. et Valken. ad Theocr. I, 16.

v. 4. ἦ — ἶσα. Minime Nossis ad illum morem, ex quo liberi patribus similes optabantur, vt matris pudicitiam vultu prae se ferrent, (vid. Iacobs. ad h. l.) respicere potuit, cum non patrem, sed matrem nominaverit. His itaque nihil aliud sibi voluit, quam gratum esse et acceptum, si liberi ipsorum parentes, matrem non minus quam patrem ore referrent.

Non defuere, qui ex hoc carmine, Melinnam Nossidis filiam fuisse, conjicerent, (vid. Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 133. et Iacobs. ad nostr. l.) sine probabili, puto, causa; nam quod Nossis puellam ipsi arridere dicat, hoc certe nihil ad rem facit; praeterea alterum distichon prorsus huic

VIII. *)

Cum aliquando sodalium suarum imagines Locrensis vates oculis lustraret, ad Sabaethidis, amicae sine dubio vita functae, signum cum peruenisset, constitit grata ejus, cujus non externam tantum formam, sed et diuinum ingenium tam viuide in tabula expressum videret recordatione cum diutius permulsisset, imaginem oblita, et ipsam amicam amplecti sibi visa, vt bene valeret precata est.

Γνωτὸν καὶ τηνῶθε Σαβαιθίδος εἴδεται ὄμμα·

---

opinioni aduersari videtur, cum vix credibile sit, matrem eo arrogantiae progressuram esse, vt venustam filiam secum comparare audeat.

---

*) Habet hoc epigr. Vat. Cod. p. 206. Primus edidit Olearius in diss. d. p. Gr. p. 43.

v. 1. Γνωτον — ὀμμα. Cel. Iacobsii, quam proposuit, lectionem recepi, quum magis cum Cod. qui ειδετε μεν habet, quam Brunckii, Γνοτα — ειδετ' ὀπωπα legentis, conueniret: Sensus facilis: „Sabaethidis notus (mihi) vultus vel hinc τηνωδε, dor. pro ἐκειθεν (Theocr. III, 10.) h. e. ex hac tabula agnoscitur." δεικτικως dicta esse puta. — ὀμμα „visum" propr. tunc „vultum, faciem, oculum," significare, quid moneam.

ἀ δ' εἰκὼν μοϱφᾷ καὶ μεγαλοφϱοσύναν,
θάεο τὰν πινυτὰν, τό τε μείλιχον αὐτόθι τήνας
ἔλπομ' ὁϱῆν χαίϱοις πολλὰ, μάκαιϱα γύναι.

---

v. 2. μοϱφα και μεγαλοφϱοσυναν. Sic Cod. Vat. „Ipſa imago animum excelſum defunctae innuit." μοϱφαν, annuere, vid. Heſych.

v. 3. πινυτα, i. q. πινυτης vel πινυτοτης, „ſapientia, prudentia grauitas, "quam quis in vultu prae ſe fert. Cf. de h. v. Euſtath. ad Odyſſ. XX, 228. πινυτα opponitur το μειλιχον, ſ. μειλιχια, „comitas, manſuetudo," placido vultu expreſſa.

v. 4. ἐλπομ' ὁϱην, „videor mihi deprehendere." — μακαιϱα μακαϱ ſec. Ariſtot. Nicom. VII, 12. ἀπο τȣ χαιϱειν, vel ſec. Euſtath. ἀπο τȣ μη ὑποκεισθαι κηϱι, laetus, contentus, felix." μακαϱες dic. Dii tanquam beatiſſimi Heſ. O. e. D. 138. et tunc quoque, qui vita functi Elyſios campos incolunt, ibid. 140. et 169.

IX. *)

Laudat poëtria festiuo hoc epigrammate Thymaretae imaginem, in qua tantus vigor, tantaque similitudo deprehendatur, vt canis adblandiens dominam inuenisse sibi videatur.

Θυμαρέτας μορφὰν ὁ πίναξ ἔχει· εὖ γε το γαῦρον
τεῦξε, τὸ θ' ὡραῖον τᾶς ἀγανοβλεφάρω.

*) Cod. Vat. p. 460. Nossidi tribuit, cum in Planud. p. 301. ἄδηλον sit.

v. 1. πιναξ, „asser, tabula," a πινος, vt Hemsterhusius vult, quod idem est atque „pinus:" tunc et quicquid e tabula constat, hinc et „tabula picta." — γαυρον. γαυρος, „superbus, elatus." Venerand. Iacobs. Anacr. Od. XXIX, 12. γοργον, quod Hesychius per ευκινητος, ταχυς, et Suidas per φοβερος interpretatur, (vid. Fisch. ad h. l.) comparat, et nobilem quandam in ore conspicuam superbiam intelligit. Eodem sensu γαυρα φρονηματα in Rufin. ep. XXXVII. Anth. Jac. III. p. 107. leguntur. Conuenire quodammodo videtur cum μεγαλοφροσυνα in superiori carmine.

v. 2. το θ' ὡραιον, „venustas." ὡραιος propr. „maturus tempestiuus," vt fructus, sic ὡραια τρωκτα,

σαίνοι κέν σ' ἐσιδοῖσα καὶ οἰκρφύλαξ
σκυλάκαινα

Xenoph. Anab. V, 3, 12. quo ſenſu et ſupra in Praxill. II. occurrit; tunc quoniam, quicquid ad maturitatem peruenit, id perfectiſſimum eſt, et de hoc, et in vniuerſum de „formoſo" dicitur, ſic Pind. Ol. IX, 141. ὡραιος και καλος jungit. — ἀγανοβλεφαρος i. q. ἀγανωπις, „blandis ſuperciliis, oculis." Pind. Pyth. IX, 66. ἀγανα χλιαραν γελασαις ὀφρυϊ. Finge tibi Thymaretae vultum ἁμα ἡδην και ἁμα γοργον ἰδειν, ſi licet Xenophontis verbis (de re equeſtr. X, 17.) vti, vbi alterum cum altero commixtum temperatur, et jucundius ac venuſtius reddatur.

v. 3—4. σαινοι — ποθοεην, „ita ad vivum expreſſa es, vt ſi canis te vidiſſet, tibi, quam dominam putaret, adblandiretur." Placet ſuauiſſima haec imago, quod vel canis, cui domina notiſſima eſt, falli poſſet: cui non in mentem venit celeberrimus ille pictor, qui vuas ita deſcripſerat, vt aues aduolarent? — σαινοι κεν pro ἀν, σαινειν, „concutere, mouere," ουραν, ουρα σαινειν de brutis, inprimis canibus, caudae agitatione adulantibus, dicitur, quo ſenſu Odyſſ. X, 212. ſqq. et XVI, 6. et Hom. hymn. in Ven. v. 70. occurrit; cf. de h. v. praeter Bochart. in Hieroz. P. I. L. II. c. 56. doctiſſ. obſ. Valcken. ad Eur. Hippol. p. 256. — σκυλακαινα, „catella," a

δεσποίνον μελάθρων οἰομένα ποθορῆν.

σκυλαξ, catulus; σκυλακες τα μικρα των κυνων. Schol. ad Theocrit. II, 12.

v. 4. δεσποινα μελαθρων, hora μελαθρ. et de „domo" dicitur; ſic Iliad. II, 414. Plura de h. v. vid. ſupra ad Sapph. XI.

X. *)

Callo, Nossidis, vt videtur, sodalis, Veneri imaginem, ipsius, puto, Deae, viuidissimis, coloribus expressam simillimamque sacram esse jusserat; quod cum in suspicionem vitae liberius scilicet actae inducere potuisset, vates, celebrata tabula ipsa, Callus morum integritatem laudat.

Τὸν πίνακα ξανθᾶς Καλλὼ δόμον εἰς Ἀφροδίτας,
εἰκόνα γραψαμένα πάντ᾽ ἀνέθηκεν ἴσαν.

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 460. Primus edidit Olearius in diss. l. p. 43.

v. 1—2. τον πινακα — ισαν. Ordo hic est: Καλλω γραψ. εικ. π. ισ. ανεθηκ. τ. πιν. εις δομ. ξανθ. Αφρ. Καλλω γραψ. εικ. γραφειν, „pingere;" vid. quae supra ad Erinn. II, 3. dicta sunt. Quaenam haec Callo, artis pictoriae gnara, fuerit, aliunde non constat, conjicere tamen licet ex v. 4. Nossidi eam familiarem fuisse.

Cum Cel. Iacobsius mentionem ejus, cujus effigiem tabula repraesentarit, injectam legeret nullam, vel scribendum suspicatur: Τον πιατα Ξανθας Καλλω etc. vt Ξανθα desideratum nomen sit, in quo vereor, ne con-

ὡς ἀγανῶς ἔςακεν· ἴδ' ὡ χάρις ἀλι-
κον ἀνθεῖ
χαιρέτω· ὀ τινα γὰρ μέμψιν ἔχει
βιοτᾶς.

ſtructio haec nimis ſit perplexa; neque Veneri epitheton ξανθας eripere velim, quod χρυση Αφροδιτη Anacr. XXXVI, 8. quae ſaepius non tam ob ſummam pulcritudinem, quam potius ob flauos capillos χρυσεη dici videtur, vt Amor χρυσοχαιτης Anacr. VI, 12. reſpondere puto: vel ipſius Callus imaginem intelligendum, quod et inſolentius eſſet, et minus conueniret. Veneris itaque effigiem, in tabula adumbratam, Callonem Deae poſuiſſe cenſeo, vt eidem Veneri ipſius ſtatuam conſecratam eſſe legimus in Lucian. ep. II. Anth. Iac. p. 21. cf. ſupr. Noſſ. IV. vid. et quae ibi diximus. Veneris imaginem et Wolfius cum Oleario intellexit, turbatis tamen ceteris omnibus. — παντα ισαν, „in omnibus Deae ſimilem," ita expreſſam, vt Dea non indigna eſſet. τον πινακα, δεικτικως; hinc non opus erat nomen apponere ejus, cujus formam repraeſentaret; praeſertim cum Deae imago ſatis cuique nota eſſe deberet. — δομον Αφροδιτης pro „templo" dictum, in promptu eſt.

v. 3. ὡς ανθει. Summa gratia, in effigie expreſſa, reperitur, ita vt ανθειν, „florere" videatur — ſuauis imago!

v. 4. χαιρετω, ſalua ſit Callo, quae

egregium hoc artificum Veneri dicauit. Haec ex imo pectore poëtriam ita fundere existimo, vt, cum imaginis summa venustas ipsam fere extra se rapuisset, Veneris non amplius memor, et somno veluti expergefacta, ad Callonem cogitando redeat, fausta ei apprecetur, et, ad adstantes conuersa, quae consequntur, in laudem ejus addat: „sunt enim et sancti ejus mores, ἐ τινὰ — βιοτας, caret reprehensione ejus vita." Potuisset aliquis ex hoc anathemate sinistrum judicium de ipsius integritate ferre, cum et meretrices Veneri similia donaria offerrent; vid. supr. IV.

Haec vltima nostram interpretationem, de imagine Veneris cogitandum esse, suffulcire videntur. Olearii versio fere nullum sensum suppeditat:

Stat placida, est et in ore lepos, dicasque profundo
exortam, salue, nulla tibi est, macula.

XI. *)

Hespiti, qui Mitylenen se proficisci dixerat, vates nostra, Sapphonis olim ibi florentis memoriam mente revocans, genioque suo indulgens ex tempore hoc, dedit mandatum, vt, si Mitylenem Sapphonis scilicet visendae causa peteret, jam et Locrensem extitisse vatem ipsique similem, illi referret. Habes lusum profecto maxime festiuum, cum Poëtria ipsum suum ingenium commendet, et quidem ita, vt tantum absit, vt aliqua se ostendat arrogantia, vt potius vel ex hoc sui ipsius commendationis lusu summam voluptatem percipias, teque, vel nescium, vati deuinctum sentias.

Ω ξεῖν', ει τύ γε πλεῖς ποτὶ καλλί-
χορον Μιτυλάναν,

---

*) Legitur hoc epigr. in Cod. Vat. p. 269. et in Anth. Planud. p. 208.

v. 1. καλλιχορον Μιτυλαναν. Sic Hom. Od. XI, 580. καλλιχορος Πανοπη. Mitylene, vrbs celeberrima in insula Lesbo et Sapphonis patria, amoenitatis laude inclaruit ita, vt multi eam ob causam ibi degerent; quam ob rem etiam Horatio Od. I,

τὰν Σαπφῶ χαρίτων ἄνθος ἐνοψόμενος,

7, 1. commemoratur, apud quem Epist. I, 9, 17. et *pulcra* audit.

v. 2. τᾶν Σαπφ. — ἐνοψομενος, sic Brunckius, nulla quidem addita hujus lectionis ratione. Vat. Cod. τὰν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἐναυσόμενος, quam lectionem sine dubio deprauatam quomodo Toupius defenderit, vide apud ipsum in Emendatt. in Hesych. III. p. 146. Cel. Iacobs., qui jure, vt puto, codicis lectionem respuit, Nossidem scripsisse putat:

τᾶν Σαπφοῦς χαρίτων ἄνθος ἀμησόμενος,

vt sensus sit: „Carmina praestantissima, qualia Sapphus, decerpturus;" et pluribus exemplis probat, χαρίτες „carmina," et ἀνθ. χαρ. „praestantissima" significare. Sed quamquam Iacobsii criticam sagacitatem non ignorem, nolim tamen Brunckium relinquere, cujus lectio sensum praebet, qui et ingenio et indoli Nossidis jocos lusus que amanti (cf. ep. IV. et XII.) magis conuenire videtur, et mihi quidem magis arridet; modo ne serio dicta quis putet, et eo offendatur, quod Nossis et Sappho aequales non fuerint, quod omnino ita se habet. — τὰν Σαπφω, χαρ. ἀνθ. Codicem vel in hoc sequens, reposui pro τᾶν, vt χαρ. ἀνθ. in oppositione dictum esset. ἀνθος, „flos," παρα το ἀνωθεν, ἐν τῳ αὐξανεσθαι, tunc, „quicquid summum est

ειπεῖν ὡς Μȣσαισι φίλαν, τῆνα τε Λοκρὶς γᾶ
τίκτεν ἴσαν, ὅτι θ' οἱ τȣ̓νομα Νοσσὶς. ἴθι.

---

in ſuo genere, ac praeſtantiſſimum;" ergo „decus, ornamentum," κοσμος, ſic Iuliani Aegypt. ep. LVI. Anth. Iac. III. p. 207.

Ωριος ἐιλε σε παςας, αωριος ειλε σε τυμβος,
ευθαλεων χαριτων ανθος, Αναςαση.

aeque fere ac in noſtro loco Σαπφω χαριτων ανθος audit, eam Antipater Theſſ. ep. XXIII. Anth. Iac. II. p. 101. dicit:

Λεσβιαδων — — κοσμον ἐϋπλοκαμων.

v. 3. Ordo eſt: ἐιπειν, ὡς Λοκρις γα τικτεν Μȣσαισι φιλαν και τηνα ισαν, ὁτι κ. τ. λ. — ἐιπειν interpretor ſic: „refer ipſi ſcil. Sapphoni, quaſi illa adhuc viueret."

v. 4. ἴθι. Et haec mire cum luſu conueniunt; poterat hoſpes primum haec mandata vix intelligere, abire morabatur, hinc noſtra, ne forſan, vt pluribus rem exponeret, cogeretur, eum abire juſſit, ac ſi mandata eſſent ſumma celeritate perficienda. —

Caeterum, ſi varia hujus epigrammatis interpretandi tentamina cognoſcere cupis, adeas Cel. Iacobſium ad h. l. et ſi mira videre mens eſt, Reiskium in Anthol. Cephal. p. 124.

II. *)

In Rhinthonis Syracusani, Φλυκογραφϐ, tumulum lusus, in quo loquentem ipsum, suumque, quod secutus sit, vitae genus profitentem nostra exhibet.

Καὶ καπυρὸν γελάσας παραμείβεο, καὶ φίλον εἰπὼν

---

*) Legere est in Cod. Vat. p. 269. et in Anth. Planud. p. 208. Omnino conferendum ep. Damag. XII. A. II. p. 42.

v. 1. Και καπυρον γελασας. Precatur, vt qui ad tumulum venerit, non lacrymas fundat, sed cum cachinno praetereat, quasi ad exemplum ipsius defuncti, qui laeta tragicis immiscuerit. καπυρ. γελ. sic Longus Pastor. II. p. 34. πανυ καπυρον γελασας, vbi vid. Villoison. p. 86. καπυρος, Hesych. καπυσσων, ἐκπνεων, hinc de „risu, cum flatu quasi prorumpente." Plura vid. de h. v. ap. Wolf.

φιλον — ῥημ'. Sacra erant veteribus sepulcra, ita vt, si in qua in incidissent, ipsa, defunctosve χαιρειν juberent, terramque, vt leuis ossibus incubaret, precarentur. cf. Meleagr. ep. CXX. Anth. Iac. p. 36. cf. Antip. Sid. ep. LXXXIX. 7. 8. ibid. II. p. 32. hoc est φιλον ῥημα. Renuit

ϛῆμ' ἐπ' ἐμοί. Ρίνθων εἴμ' ὁ Συρακόσιος,
Μουσάων ὀλίγη τις ἀηδονίς· ἀλλὰ φλυάκων
ἐκ τραγικῶν ἴδιον κισσὸν ἐδρεψάμεθα.

---

hanc salutationem Timon. Leonid. Alex. ep. XXXIX. Anth. Iac. II. p. 182.

Την ἐπ' ἐμευ ϛηλην παραμειβεο, μητ' ἐμιχαιρειν ἐιπων, μηθ κ. τ. λ.

cf. Callimach. ep. XXXVIII. Anth. Iac. I. p. 221.

v. 2. Ριν θων — Συρακοσιος. Suidas: Ρινθων Ταραντινος κωμικος ἀρχηγος της λαλεμενης ἱλαροτραγωδιας, ἡ ἐϛι φλυακογραφια. Stephan. d. Vrbib. in Ταρας· Ρινθων Ταραντινος, φλυαξ, τα τραγικα μεταρυθμιζων ἐις το γελοιον. cf. Hesych. s. v. φλυαξ, quaeque ibi in notis leguntur, et Eustath. ad Dionys. Περιηγ. v. 376. Rhinthon Syracusis natus erat, hinc nostra recte. Syracusanum dixit, floruit autem Tarenti, vnde saepius Tarentinus audit; vixit circa Ol. CXVI. a. C. n. CCCXII. fere annos, et auctor est hilarotragoediae. cf. de ipso Fabric. Bibl. gr. Vol. II. C. 19. p. 320. ed. Harl.

Caeterum quemadmodum in Erinnae epigr. IV. monumentum loquebatur, sic h. l. ipse defunctus loquens inducitur, vt in Leon. Alex. laud. epigr. Timon.

v. 3. Μουσαων — ἀηδονις, „Musarum

parua lusciniola." Poetae ἀηδόνες dicebantur, cf. Adesp. DXXXV, Anth. Iac. IV. p. 230. Hermesian. Eleg. 49. cf. Simmiae Ouum v. 6. Simili ratione eosdem Hafez, dulcissimus Persarum poeta, cum auiculis canoris (بلبل) comparat, vid. Iones Comment. d. Poes. As. ed. Lips. p. 89. 91. et 92. Dicuntur etiam τεττιγες Μουσων. cf. Pasidipp. ep. IX. Anth. Iac. II. p. 48.

φλυαξ, vel φλυαρος, Hesych. μεθυσος, μεθυαστης, γελοιαστης, ergo „scurra," : tunc „nugae scurriles," vt h. l. φλυακας τραγ. dixit, quoniam tragicas res cum comicis conjunxerat: hinc, et quod verba admisisset minus vsitata, ἰδιον κισσον ἐδρεψε, Poëtas, tanquam artis poëticae praemium, hederae corollas gessisse, obvium est ex Horat. Od. I, 1, 29.

Me doctarum hederae praemia frontium
Dîs miscent superis.

cf. Epist. I, 3, 25. et Virgil. Ecl. VII, 25. — ἰδιον, „propriam" sibi decerpsit hederam, cum peculiarem poëseos laudem insolentiori scribendi genere sibi pararit.

Laudandus Lucret. IV, 3.

iuuatque nouos decerpere flores,
Insignemque meo capiti petere inde coronam.

VII.

M Y R O.

O

Μυρους λεκρὶὰ.

VII.

M Y R O.

Myro 1) Byzantia, 2) Homeri tragici mater, Andromachi Philologi con-

1) Olear. l. l. ed. Wolf. p. 166. no. 49. Fabric. l. l. p. 131. 132. et Reisk. Notit. poët. ad Anth. Ceph. p. 247.

2) Ab Athenaeo XII. p. 490. Parthenio Erot. c. 27. et Eustathio ad Il. XXIV. p. 1484. et Odyss. XII. p. 475. ed. Bas. et Vat. cod. p. 362. in Antip. Thess. ep. XXIIII, 3. A. J. II. p. 101. Byzantia vates Μοιρω; Suida vero s. v. Μυρω et eodem Eustathio ad Il. II. p. 327. Μυρω appellatur. Quod quidem Gyraldum (de poët. hist. Tom. II. opp. p. 168. F. et p. 487. C.) mouit, vt duas a se diuersas poëtrias extitisse existimaret. Quum vero haec ipsa nominis varietas scribendi vitio, ex noto illo Itacismo exorto, tribuenda videatur, juvat Suidae, Kuesteri (in not. ad Suidam) Paul. Colomesii (ad Gyraldi Dial. III.) Fabricii, Olearii, et Reiskii sententiam amplecti, qui vnam eandemque poëtriam Μοιρω et Μυρω appellatam esse censent, cum inprimis in Moeronem Eustathii

jux, 3) Ol. CXX. s. CCC. a. C. n. propemodum annis inclaruit atque Epicae Musae extitit sacerdos, cum elatos Atheniensium animos Demosthenes vocis et eloquentiae gravitate perdomaret, et vastum Macedoniae, ab Alexandro conditum, imperium corrueret in varia regna diuisum. Hoc enim tempore Myronem nostram Thracia lauro tempora cinxisse inde apparet, quod Homerum ejus filium temporibus Ptolemaei Philadelphi, adeoque post Ol. CXXV. vixisse, atque Cephisodotum Ol. CXX. celebrem, non Anytae solum sed Myronis quoque aeneum simula-

---

et Athenaei omnia cadant, quae Suidas, in duplicandis auctoribus alioquin satis ingeniosus, sub Myrone habet. Virorum et foeminarum aliarum, nomine Myronis insignium, catalogum accuratum in Fabric. B. g. Vol. II. p. 132. inuenies.

3) Suidas s. Μυρω errat, si nostram Ομηρυ τραγικυ θυγατερα appellat, nec sibi constat: cf. eundem sub: Ομηρος Ανδρομαχυ et Σωσιθεος atque Eudociam p. 304. Christodor. Anth. Jac. III. p. 176. Tzetz. Hist. Chil. XII, 211. et Schol. Hephaest. p. 32. 27. cujus verba laudata sunt ab Allatio de patria Homeri c. 17. qui alibi docet, inde Suidam esse emendandum, vt nos fecimus. cf. Olear. l. l. et *Wahl. Mag.* l. l. Pt. I. p. 6.

erum finxisse constat. 4) Quem quidem honorem, quo inter populares gauderet, inuidia Tatiani minuere studuit, neque calumniarum colluuie inquinare dubitauit. At Byzantia vates vltra obtrectationum vanitatem longissime elata sui ipsius ingenii nisu exegit monumentum aere perennius. Multa enim eaque praestantissima composuisse carmina, testantur antiquorum scripta, atque eam ita poësi excelluisse, vt Jonio adeo vati palmam nisi praeriperet, certe dubiam redderet aemulando, memoriae proditum est. Suidas ἔπη, ἐλεγεῖα et μέλη enumerat, quibus alii alia jungunt. Heroico carminis genere elegans

---

4) Tatianus in orat. ad Gr. §. 52. p. 114. ed. Worth. refert, Myrus statuam aeneam fabricatum esse Cephisodotum (cf. Pausan. Arcad. c. 30.) quem Ol. CII. floruisse, et Plinio constare Fabricius monet, et Myronem Byzantiam, cujus simulacrum vidit Tatianus, antiquiorem fuisse nostra existimat. Sed rectissime monet Olearius, omnino Myronem nostram esse, cujus statuam, teste Tatiano, fecit Cephisodotus (cf. Franc. Junii Catalog. artificum p. 49.) atque obseruat, „duos extitisse Cephisodotos, secundum eundem Plinium H. N. XXXIV, 19. quorum posterior Ol. CXX. floruit, ejusque aetati praeclare conuenit, cum suppeditatis temporum Myronis argumentis."

condiderat epos, cui titulus erat Μνημοσυνη, et cujus fragmentum, virtutum varietate diſtinctum, affert Athenaeus. 5) Iisdem verſuum numeris ἀρας, a Parthenio 6) notatas, profudiſſe, Fabricio placet, nec ego habeo, quod ei regeram. Reiskium enim fluctuantem 7) vna cum Pauſania 8) errare, in aprico eſt, dum, argumentorum pondere deſtitutus, epicum hocce carmen tribuit Myroni, poëtae Byzantio. 'Fides Pauſaniae vti ſaepius ſuſpecta, ita et h. l. illumque memoria lapſum, vel erroris vanitati ceſſiſſe ita patet, vt nihil reperiatur apertius. Itaque rectiſſime, ſi quid video, cum nuſpiam alibi, ait Olearius, Byzantius ille poëta occurrat, tantaque ſit nominis et patriae cum poëtria noſtra conuenientia, omnino Myronem

---

5) Athen. XI. p. 490. E.

6) Parthen. Erot. c. 27. in Galei ſcriptor. hiſt. poët. p. 391.

7) Miror inprimis, Reiskium ex Parthenii loco colligere, ἀρας proſaico ſermone conſcriptas eſſe. Se ipſum vero corrigens in ſqq. addit: „niſi Parthenius ſatis habuit ſoluto ſermone hiſtoriam carmine traditam reddere."

8) Pauſan. Boeot. p. 721. vbi tamen Tiraq. in XI. leg. Connub. in Catal. foeminar. erud. T. II. opp. p. 190. Byzantiam reperit (cf. Olear. qui etiam Pauſaniam corrigit).

illum poëtam ex rerum classe relegamus, poëtriam nostram ei apud Pausaniam substituentes. Hymnos Thressam puellam cecinisse Antipater, 9) et cum eo Eustathius 10) monet, qui ejus in Posidona hymnum laudat. Epigrammatum vero componendorum nostram calluisse artem, ea ipsa, quae restant, in Nymphas et Veneris donarium, epigrammata testantur. 11)

---

9) Antipat. in ep. XXIII. Anth. Jac. II. p. 101.

10) Eustath. ad Il. II. 247. (cf. Kuester ad Suid. s. v. Μυρω T. II. p. 589. sq.)

11) Menagius in hist. mul. phil. sect. 20. poëtriae nostrae tribuit librum περι διαλεκτων, cum in Eustathii edit. Basil. ex typographi errore legatur περι διαλεκτων. pro πελειαδων· cf. Wolf. nou. ill. foem. fragm. p. 36. not. 10.

I.

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ ΕΚ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗΣ ΜΝΗΜΟΣΥΝΗΣ. *)

Fabula de Ioue, in insula Creta nutrito, enarratur. Iouem recens natum, in sacris antri Cretensis recessibus latentem, timidae palumbes alunt, ambrosiam trans Oceanum afferentes; aquila nectar, ex petrae cauernis haustum, Saturnio ministrat. Iupiter, anno reuoluto virtute et robore pollens, Saturno patre regno dejecto, imperio potitur, atque, officii praestiti haud immemor, nutrices columbas et aquilam inter sidera refert.

---

*) Desumtum est hoc fragmentum ex carmine epico, quod Μνημοσυνην Myro haud dubie a Mnemosyne, Musarum matre, inscripserat. Non enim videtur cedendum Wahlio, qui fragmenti nostri argumento inductus Μνημοσυνην per *dankbares Andenken, Erkenntlichkeit*, reddidit, cum carminis totius titulum ab vna solum ejus parte ductum esse nemo facile nobis persuadeat. — Seruauit Athenaeus L. XI. p. 490. Ex eo quosdam hujus fragmenti versus affert Eustath. ad Il. XXIV. p. 1484. et ad Od. XII. p. 475. 13.

Ζεὺς δ' ἄρ' ἐνὶ Κρήτῃ τρέφετο μέγας,
οὐδ' ἄρα τίς νιν

---

v. 1. *Ζευς μεγας.* Hesiod. Theog. 479. Nostra, in fabula de Jouis educatione in insula Creta enarranda, vestigia premit Homeri Od. XII, 59—72. et Hesiodi Theog. 468. sqq. Quum loci, in quibus Jupiter natus et educatus esset, saepius confunderentur, factum est, vt plures regiones natales et incunabula Jouis sibi vindicarent. De fabula ipsa, varie a poëtis veterum tractata, cf. Spanhem. ad Callim. hymn. in Jov. p. 6. sqq. Schol. Pindar. ad Ol. V, 42. Pausan. Messen. IV, 33. Arcad. VIII. 38. Athen. IX, 375. Statius Theb. IV, 104. praeterea Wolf. N. ill. foem. fr. ad h. l. p. 28. et Montfaucon. Antiq. expl. T. I. tab. VII.

ἐνι Κρητῃ. Cretam dum nostra vates memorat Saturnii patriam, malim, vulgarem sententiam secutus, de monte Ida et antro Idaeo, (Diod. V, 70.) quam cum aliis de monte Lycto (Hes. Theog. 477.) vel Dicte (Apollod. I, 1. 3.) cogitare.

οὐδ' — μακαρων. Gaea enim, Ioue Saturni violentiae subtracto, et lapide quem deglutiret, loco filii oblato, fraudem Saturno fecerat, et Jovem in Creta occultarat. Hesiod. l. l. 479. et 485—491. Ita factum est, vt Jovem viuere et enutriri, Diuos fugeret.

ἤηδει μακάρων· ὁ δ᾽ ἀέξετο πᾶσι μέλεσσι·
τὸν μὲν ἄρα τρήρωνες ὑπὸ ζαθέῳ τρέφον ἄντρῳ,

---

v. 2. ὁ — μελεσσι. Verba haec summam hoc nexu vim habent. Nesciis Diis Saturnii robur capit incrementa. cf. Callim. h. in Iou. 55 — 58. Laudandus Hesiodus Theog. 492.

Καρπαλιμως δ᾽ ἀρ᾽ ἐπειτα μενος και φαιδιμα γυια
Ηὔξετο τοιο ἀνακτος. —

v. 3. τρηρωνες. Schol. min. Homer. ad Il. II, 502. τρηρωνες καλενται αἱ περιστεραι ἀπο τȣ τρειν και ἐυλαβεισθαι. Δειλον γαρ το ζωον Etymol. M. τρηρων ἐπι της περιστερας, ἡ δειλη, παρα το τρειν· ἐυλαβες γαρ το ζωον. Est igitur τρηρων proprie epitheton columbarum, vti infr. v. 9. et Hom. Od. XII, 63. legitur, quod vero deinde palumbes ipsas indicat, et hinc πολυτρηρων Il, 502. descendit. — ζαθεῳ ἀντρῳ. cf. Barth. ad Claudian. in IV. cons. Honorii 197. p. 603. Hesiod. Theog. 2. Il. I, 38. ibiq. Schol. ζαθεην, ἀγαν θειαν, ὁ ἐστι πανυ. Hesych. ζαθεον· ἀγαν θειον, ἐυωδες. Alias hoc antrum audit ἰδαιον, σεμνον ἀντρον Pindar. Ol. V, 43. et σπεος ἠεροειδες Orphei fragm. ap. Proclum in Plat. Tim. 2, p. 95, 34. Gesner. p. 365. atque Hesiod. l. l. canit, (483.) Iovem latuisse:

ἀντρῳ ἐν ἠλιβατῳ, ζαθεης ὑπο κευθεσι γαιης.

ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ' Ὠκεανοῖο
ῥοάων·

---

v. 4. ἀμβροσιην — ῥοαων. Myronem in hoc mytho proponendo primam Homeri mentem intellexiſſe eumque ducem ſecutam eſſe, teſtatur Athenaeus XI, 490. πρωτη, inquiens, Μυρω ἡ Βυζαντια καλως ἐδεξατο τον νουν των Ομηρου ποιηματων ἐν τῃ Μνημοσυνῃ ἐπιγραφομενῃ, φασκουσα ταν ἀμβροσιαν τῳ Δϊι τας Πλειαδας κομιζειν. Hunc, quem propoſui, verum eſſe Athenaei ſenſum, verba autem: καλως ἐδεξατο τον νουν τῶν Ομηρου ποιηματων minus recte a Wahlio *Mag.* I. p. 5. verti: *ſie faſste zuerſt den ganzen Geiſt der Homeriſchen Dichtung*, atque, quae ad vnum mythum reſtringenda eſſent, ad omnia ejus carmina et laudem poëtriae noſtrae transferri, obiter moneo. Homerus Odyſſ. XI, 59-72. canit, verſus occidentem, in mari Siculo, petras eſſe concurrentes (συμπληγαδες, συνδρομοι, Eurip. Medea 1262. συνδρομαδες, συνορμαδες vid. Schol. ad Eur. Med. 2. κυανεαι, cyaneae. Pind. Pind. Pyth. IV, 370.), ſiue errantes (πλαγκται Hom. l. l.), maris aeſtu frementes, nautisque periculoſas. (Apollon. Argonaut. II, 317.) Tam fera et horrida eſt regio, vt ne volucres quidem incolumes ſcopulorum illorum ſaeuitiam effugiant, atque columbae adeo, Ioui ambroſiam ferentes, immitem experiantur ſtragem, alia ſemper in mortuae locum ſuccedente. (cf. Clarck et Erneſti ad Hom. l. l. eandem fa-

νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς
αἰὲν ἀφύσσων,

---

bulam respexit Plutarch. in Conuiu. VII. Sap. T. II. p. 156. F. ἐν τῃ ἀναβρωσιᾳ τῳ Διι πελειαδες τους κομιζουσας — τας Πλαγκτας ὑπερπετομενας μολις και χαλεπως.) Rem totam, eo quo a Homero commemoratur loco, fictioni vatis Jonii tribuendam esse, jam vidit Benedictus ad Pindari locum supra allegatum. Illae πετραι πλαγκται enim ab Homero collocantur in mari Siculo, cum sint in ponto Euxino (cf. Apollodor. I, 9, 22. Strabo Geogr. III. p. 222. al. 149.) Natare vero et errare credebantur illi scopuli in Oceano, quia veteres, rei nauticae minus periti, fluctuum vortice abrepti, ad petrarum illarum cautes alliderentur saepius et naufragium paterentur. Similis ferebatur olim opinio de insulis in mari errantibus et serius demum certo loco defixis. cf. Callim. h. in Del. 35. 54. ibiq. Spanh. et Apollon. III, 41. νησοιο πλαγκτης ἱερον μυχον, vbi Schol. πλωτην δε αυτην ειρηκεν — ὁτι το παλαιον αἱ νησοι πεσαι ἐπλανωντο και βαθεις ὀυκ ειχον. His ita constitutis, nostram in fabula de columbis Joui ambrosiam ferentibus Homerum sequi intelligimus, in eo autem a poëtarum principe recedere, quod aliam de columbarum inter astra relatione narrationem noua plane et singulari ratione annectat. F[illegible] rant enim [illegible]
XI, [illegible]
R[illegible]

γαμφηλῇ φορέεσκε ποτὸν Διὶ μητιόεντι.

Homerum l. l. de Plejadum sidere cogitasse arbitrantur. — ἀμβροσια, Deorum cibus, Etymol. M. s. v. ἀμβροσια σημαινει θεων βρωμα. et ibid. s. v. νεκταρ· νεκταρ το των θεων πομα. cf. Odyss. V, 93. qui quidem locus, licet alias ambrosia ungendis corporibus inseruiat, (Il. XIV, 120. I, 528. coll. Virgil. Aen. I, 403. et Georg. IV, 415.) tamen aperte docet, solidum quid veteres ambrosiam putasse, neque fluidum, quod potius fuit νεκταρ, quod statim l. l. non minus quam in nostro commemoratur [illegible]lis ministratur. [illegible]m ita sint, ver[illegible]q. [illegible] [illegible]sisse credamus, sed Oceanum, et occidentalem terrae plagam (*die unbekannte Westwelt*) Hom. h. in Vener. 227. volando transeuntes, ambrosiam, Joui nutriendo attulisse, existimemus. Mira narrat ad h. l. Wahlius l. l. p. 13. et 14.

v. 5. ἐκ πετρης. Quum, quae illa petra sit, vnde aquila nectar haurire dicitur, ignoretur (et saluo carminis sensu commode quoque ignorari possit,) Cel. Iacobs legi posse suspicatur ἐκ πηγης, quod nolim, cum ex scopuli cauerna, sponte sua nectar fundente, aquilam Ioui potum praebere, exquisitius, vate et carmine ipso videatur dignius, quam Iouis alitem ex fonte (vbi hic fuerit

τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον, εὐρυόπα Ζεὺς

---

etiam non video) haurientem cogitare.

μεγας αιετος. De aquila, Ioui recens nato nectar ministrante, me alibi quid legisse non memini. Nam, quas Seruius ad Virg. Aen. I, 394. narrat de Iouis aquila fabulas, huc esse transferendas non putauerim.

v. 6. αφυσσων γαμφηλη, „hauriens rostro". αφυω, a quo αφυσσω, „haurio, exhaurio." Hom. hymn. in Ven. 206. Il. I, 598. γλυκυ νεκταρ ἀπο κρητηρος ἀφυσσων. γαμφιλη et γαμφιλαι, „maxillae, (canis," Iliad. XIII, 200. „leonis," Il. XVI, 489. equorum, Il. XIX, 394. Hesych. γαμφιλαι· γναθαι σιαγονες, ibique nott.) deinde „rostrum" vt h. l. nec non ap. Aristoph. Equit. 198. vbi Schol. de aquila per σιαγονες explicat; et ap. Apoll. Rhod. II, 188. de Harpyis; quo quidem loco, licet Harpyiae essent γαμψωνυχες (vid. Cel. Heyne ad Virg. Aen. III, 216.) Cel. Beckium per „vngues" expressisse miror. Meliorem prodire sensum, si de vnguibus cogitaueris, concedo; at rationes philologicae, vt de maxillis accipiamus, flagitare videntur.

v. 7. τον sc. αιετον· non enim το cum Eustathio legendum et per διο explicandum.

νικησας — Κρονον. Postquam ad virilem aetatem Iupiter peruenisset Saturnum vicit, et Titanas bello lacessere ausus est.

ἀθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσεν.

Quibus debellatis, Saturni imperium in tres partes diuisum. Hesiod. Theog. 495-506. coll. 617-720. Apollodor. I, 1, 1. Callim. h. in Iou. 59. — εὐρυοπα. Solemne Iovis epitheton, quod optime explicuit Eustath. ad Hom. Il. I, 498. ευρυοπα τον Δια λεγει, η ως μεγαλοφθαλμον δια το προνοητικον, — η, οτι ευρειαν εχει οπα· βροντητικος γαρ ὁ αὐτος Ζευς, και εριβρεμετης και ερισμαραγος.

v. 8. ἀθανατον — ἐγκατενασσεν. „Immortalem reddidit relatam inter astra aquilam, officii, dum in antro Cretensi aleretur, praestiti memor." Myro enim nouam et plane singularem excogitauit causam, cur aquila inter sidera locum obtineat, neque iis immorata est, quae alii poetae hac de re tradiderunt. Vereor igitur, vt Cel. Iacobsius ceperit poetriae mentem, dum locum Hygin. P. A. c. 16. affert, vbi ex Aglaosthene narratur, aquilam Iovi, bellum contra Titanes paranti, et sacrificia offerenti, dextrum augurium praebuisse, victoriamque portendisse. cf. Seru. ad Virg. Aen. IX, 564. Schol. Horat. ad Od. L. IV, 4. Quam vero in carmine disponendo ejusque fine constituendo admiramur Myronis nostrae artem, ea quoque impedit, quominus reliquas easque vulgares, cur aquila siderum numero fuerit inserta, causas carmini nostro inferamus. Certior si cupis de iis reddi, adeas

ὡς δ᾽ αὐτὰς τρήρωσι πελειάσιν ὤπασε τιμήν,

Eratosth. Cat. 30. Hygin. Astron. II, 16. et *Hermann H. d. M.* part. III. quae mythos Graecorum astronomicos continet, p. 391 — 398.

v. 9. πελειάσιν. πέλεια s. πελειάς, „palumbes," *Liuia columba* Linn. differt a περιστερά, „columba." Aristot. Hist. An. V, 13. ἡ πελειὰς, μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν, καὶ τραχύπουν. Eustath. ad Il. XXII. p. 1361. 25. Πέλεια οὐχ ἁπλῶς περιστερὰ, εἶδος δέ τι περιστερᾶς μέλαν τερὰς, ὡς ἡ λέξις ὑποδηλοῖ· πέλον γὰρ τὸ μελανίζον, ἐξ οὗ καὶ ὁ πελαργός· κοινὸν δὲ ἴδιον ἁπάσης περιστερᾶς τὸ τρήρων.

ὤπασε τιμήν. ὀπάζω, „sequi jubeo, 2) comitem do, 3) adjungo praebeo," vt h. l. et centies ap. Hom. κῦδος ὀπάζει. — Ex permutatione nominum Πλειάς et πελειάς columba (cf. Simonid. ap. Athen. L. XI. p. 489. et Pind. Nem. II, 17.) factum est, vt plures, inprimis vero Cyclici poëtae ap. Schol. Hom. ad Il. XVIII, 486. traderent, septem Atlantis et Plejones filias, dum fugerent Orionem, Ja oue in columbas esse permutatas. Columbas vero illas, quas Jouem in Creta aluisse, jam vates Ionius cecinerat, inter astra relatas et Plejadum inde sidus ortum esse, hanc fabulam, si quae alia, elegantem, nemo praeter felix Myronis nostrae ingenium attigit. Reliqua de Plejadibus figmenta reperies ap. Athen. L. XI. p. 489.

αἳ δή-τοι θέρεος καὶ χείματος ἀγγελοί εἰσι.

---

490. Schol. min. ad Odyſſ. XII, 63. Euſtath. ad Il. XXIV. p. 1484. ſq. Od. XII. p. 475. Schol. Pind. ad Nem. II, 17. coll. Pind. Carm. ed. Heyn. p. 244. not. Schol. Arati ad Phaenom. v. 257. 266. Apollodor Bibl. III, 10. Etymol. M. v. πλειας et Wolf. Nou. foem. fragm. p. 28. n. 2. Wahlium, qui Wolfium exſcripſit, et Hermannum, *H. d. M.* II. p. 167. et 168. III. p. 325—338. qui plura dabunt.

v. 10. αἳ — εἰσιν. Plejadum ſ. Vergiliarum ortus et occaſus annuum tempus in duas feré diuidit partes, cum inde ab aequinoctio vernali p. LII, dies mututino tempore, ab auctumnali autem aequinoctio per totidem dies veſpertino tempore luceant, atque ita aeſtatis pariter ac hyemis ſint praecones. cf. Columella XI. 236. Plin. XVIII, 26. Arat. Phaenom. 266. Heſiod. Op. et D. 383. 616. Pind. Nem. II, 17. ibiq. Cel. Heyn. not. in quo Pindari loco Crates grammaticus ὀρειᾶν ſcripſerat θερειαν, aeſtivas ſcil. vices vel meſſis tempus Plejadum ortu nuntiari perpendens. Accuratius et plenius de Plejadum ortu et occaſu egit Hermannus l. l. III. p. 327. not. 257. et 328—330. not. 258. Quaedam Spanhemius ad Callim. p. 41. et 99. attulit. Iuuat adjicere teutonicam Wahlii fragmenti noſtri verſionem, ἀκριβεια et elegantia

haud plane destitutam, quae in ejus Mag. I. p. 8. legitur;

Einst in Kreta ward Zevs der Erhabne genähret und keinem
Im unsterblichen Kreis war es kund; am göttlichen Körper
Stärkte sich jedes Glied. Es ätzten in heiliger Grott' ihn
Täubchen, Götterbrod über fernen Ocean bringend —
Und ein Adler schlürft' aus dem Quell eines Felsens so immer
Nectar, und reicht dem Gott' aus krummen Schnabel zu trinken.
Als er den Vater Saturn vom Throne gestürzet, beschenkte
Diesen der Donnerer mit Unsterblichkeit, daß er nun hauset
In des Olympus Saal, und ein gleiches verlieh er den Täubchen.
Sieh die Pleiaden am Himmel, sie künden uns Sommer und Winter.

II. *)

Cleonymus signa Nymphis Hamadryadibus sacra sub pinu collocarat. Nostra, vt Nymphae numen Cleonymo propitium praebeant, pietatem ejus haud fucatam vitae fatorumque prosperitate remunerare velint, tenera voce precatur.

Νύμφαι Ἀμαδρυάδες, ποταμȣ̃ κόραι, αἳ τάδε βένθη

---

*) Legitur in cod. Vat. p. 174. Planud. p. 411. Imitatione expressit hoc epigramma Hermocreon. ep I. A. J. II. p. 229. et Damostrat. Anth. Jac. II. p. 235.

v. 1. νυμφαι ἁμαδρυαδες. Nympharum numina foecunditatem per omnes naturae partes diffusam promouere credebantur, ex canae vetustatis simplicitate; (Orph. h. L. 4. καρποτροφοι, 12. πολυθρεμμονες, αὐξιτροφοι) et ipsa Nympharum genera, pro rerum in natura obviarum varietate erant diuersa. (Schol. ad Il. XX, et infr. Anyt. III, 1.) Suae igitur etiam erant arboribus Nymphae, inprimis quercubus, ἁμαδρυαδες dictae, (δρυς enim de quauis arbore vsurpatur; Glossa ad Aristoph. Aues p. 465. δρυς παρα τοις ἀρχαιοις παν ξυλον, et δρυος ἐρνος ab Eurip. Cycl. v. 61. vocatur ἀκρεμων ἱλαιας.)

ἀμβρόσιαι ῥοδέοις ςείβετε ποσσὶν
ἀεὶ,

quae cum arboribus, quercubus inprimis, prognatae (Hom. h. in Ven. 264. Callim. h. in Del. 83.) iisque coaeuae erant (ἰσοδένδρε τεκμαρ αἰωνος λαχεσαι Pindar. ap. Schol. Apoll. Rhod. II. p. 479. Plutarch. in Erot. p. 593. et de Orac. def. 415. et Callim. h. in Del. 81. ἠλικος ἀσθμαινεσα περι δρυος) atque arborum ramis marcescentibus vim vitalem exhalabant. Hom. h. in Ven. 271 — 274.

Αζανεται μεν πρωτον ἐπι χθονι. δενδρεα καλα
φλοιος δ' ἀμφιπεριφθινυθει, πιπτεσι δ' ἀπ' ὀζοι,
των δε χ' ὁμε ψυχη λειπει φαος ἠελιοιο.

cf. praeterea Eustath. ad Il. XI. p. 828. 43. Etymol. M. f. ἀμαδρυαδες, Wolfium ad h. l. p. 30. et prae ceteris Spanh. ad Callim. h. in Del. v. 81. 83. p. 377. et 378. ποταμε κοραι appellantur h. l. Nymphae, quemadmodum in Orph. hymn. L. I. θυγατερες μεγαλητορος ὠκεανοιο audiunt et Dryades Oppian. Cyneg. I, 77. cum Nereo diisque marinis junguntur. ποταμος enim i. q. ὠκεανος Odyss. XI, 638. Possis tamen etiam de fluuiis seu aqua in vniuersum cogitare; sensus eodem redit. Nymphae enim nominantur, ποταμε κοραι, cum ἀμαδρυαδες coaeuae sint arboribus, quae ad fluminis ripam consitae aqua aluntur, ita vt Nymphae ipsae ab humore aquatili

χαίρετε καὶ σώζοιτε Κλεώνυμον, ὃς
καλὰ

originem ducere videantur. Pind. Ol. II, 134. ὕδωρ δ' ἄλλα φέρβει. Olymp. I, 1. III, 75. ἄριστον μεν ὕδωρ. Vid. Aristot. Metaph. I, 3. coll. Cic. de nat. Deor. I, 10 et Gedicke histor. philosoph. vet. p. 39 et 40. De Najadibus facilior foret explicatio, quam etiam admittere poteris, si Hamadryadibus et Najadibus Cleonymum simulacra posuisse credas, et sequentia ad Nymphas marinas, non ad Hamadryades referas.

βενθη. Hesych. βενθος· βαθος, πυθμην. Cogites de imo Oceani fundo vel fluviorum alueo. Sic Apollon. Rh. ap. Athen. VII. p. 283. βενθεα ποντε.

v. 2. αμβροσιαι, fragrantes ambrosia forsan vnctae capillos, Orph. hymn. L. 10. Nymphae παρθενοι ευωδεις, ευπνοοι αυραισι. Possis tamen etiam epitheton αμβροσιαι ita accipere, vt sit i. q. αθανατοι vel potius θειαι. vid. Etymol. M. sub h. v. Male Herderus in version. teut. h. v. retulit ad ποταμε κοραι, vertens: *ambrosische Töchter des Flusses.*

ῥοδεοις ποσσιν, „roseis, pulcris pedibus," ἐρατοις ποσιν Hermocr. l. l. v. 3. ex imitatione non satis eleganti. Eandem imaginem exhibet et nimium fortasse exornat Musaeus Her. et Leand. 61.

νισσομενης δε
και ῥοδα λευκοχιτωνος ὑπο σφυρα λαμπετο
κερης.

ἔισαθ᾽ ὑπαὶ πιτύων ὕμμι, θεαὶ, ξόανα.

Charites ῥοδοισφυροι ab Himerio orat. I, 19. p. 360. a Sapphoni ῥοδοπηχεες ap. Wolf. p. 8. n. 3. qui vna cum Fischero ad Anacr. LIII, vbi Nymphae ita compellantur, plura exempla suppeditabit. Non igitur amplectenda erit conjectura, satis quidem commoda, Wakefieldii in silu. crit. III. p. 12. ῥαδινοις, cum codd. etiam nostram lectionem tueantur, eandemque Anyta quoque (v. ep. X. 4.), Nymphae ῥοδεαν χερα tribuens, non nihil firmet.

στειβετε. στειβω, „tundo, calco, peruado," vt Simm. Rhod. ep. VI, 1. Anth. Jac. I. p. 138. et Hermocr. (l. l. ad quem locum Iacobsius simile epigramma excitat ex Anthol. Lat. T. II. p. 470. quo ita vatis nostra verba exprimuntur:

quae gurgitis hujus
Aeternum roseo tunditis ima pede.

Melius haec de Najadibus dici, nemo non videt. De Hamadryadibus si lubet accipere, conferre poteris Orph. h. L. 3. 4. 6. 9. 13. vbi omnes Nymphae πολυγηθεις, φιλοπαιγμονες, λιγυραι, σκολιοδρομοι et δρομαδες appellantur.

v. 4. πιτυς, „pinus." Ex Oppiano, Ixeut. 1?3. vbi πιτυς vocatur διπλοθριξ, apparet esse Linn. *pinum siluestrem, montanam et rubram; die Föhre, Kiefer.* ἔισαθ᾽. ἕω, vnde ἕζω, ἵζω, cf. Dorvill. Vann. crit. p. 491. proprium de signis eri-

gendis vocabulum. Legitur apud Hermocr. l. l. vbi δωρα, quae Nymphis offeruntur, a Cel. Jacobsio recte explicantur per ξοανα.

ξοανα. Leon. Tarent. ep. LVIII. Anth. Jac. I. p. 169. νυμφεων ποιμενικα ξοανα. Simulacra enim Nymphis posita esse, non solum ex hoc epigrammate, sed etiam ex ep. Damostr. Anth. Jac. II. p. 235. et ep. adesp. CCII. A. J. IV. p. 159. apparet. — ξοανον, „simulacrum ex lapide, ebore, vel ligno elaboratum," atque a βρετας Noss. IV, 2. et αγαλμα differt. cf. Ammon. π. διαφ. s. h. v. et Etymol. M. ξοανον, παρα το ξεω, ξεανον, και τροπη, ξοανον· διαφερει δε ξοανον και βρετας, και ειδωλον· ξοανον μεν γαρ ἐστι το ἐξεσμενον ειδωλον, λιθινον, ἡ ἐλεφαντινον, ἡ ξυλινον· βρετας δε τῳ βροτῳ ὁμοιον, ἡτοι χαλκουν, ἡ ἐξ ἐμφερους ὑλης πεποιημενον· αγαλμα δε παρασημον, ἡ ἐκ τινος ἑτερου λιθου κατεσκευασμενον. Extat hujus epigrammatis interpretatio in Anth. lat. V, 215. et vernacula versio Herderi in *zerstr. Bl.* II. p. 102. Nos Wahlii l. l. p. 9. subjiciamus.

Nymphen, Töchter des Stroms mit der Eiche gebohren, die Tiefen
Unter Ambrosia Duft wallend mit rosigem Fuss.
Göttinnen, seyd mir gegrüsst, und verleiht dem Kleonymus langes
Leben. Denn Euch hat dies Bild unter die Ficht' er gestellt.

III.

ΑΝΑΘΗΜΑ ΤΗΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ. *)

Vuam, Veneri dicatam, in templi atrio deponit, et tersissimum hoc epigramma tituli loco addit.

Κεῖσαι δὴ χρυσέαν ὑπὸ παςάδα τὰν
Αφροδίτας

---

*) Legitur in Cod: Vat. p. 162. vnde edidit Olearius in diss. l. et hinc Wolf. p. 24.

v. 1. Κεισαι. Donaria veterum non semper in templis suspensa, sed deposita nonnunquam fuisse ex hac voce apparere animadvertit Wahlius l. l. p. 17. Simili ratione κεισθαι de armis dicatis occurrit Noss. VI, 3.

ὑπο παςαδα. παςας primum est „porticus," Homeri αἰθουσα, exstructa ἐν αὐλῃ (Iliad. VI, 243. Odyss. IV, 297.) Xenoph. Memor. Socr. III, 8, 9. coll. Pollux. VI. c. 1. 7. VII. 27. 122. IX. 5. 46. nisi rectius ibi cum Stobaeo legitur παραςαδας, quod Romanornm *atriis* respondet. (Vitruu. VI, 10.) Si παςαδας legitur, probatur deriuatio vocis a πασασθαι, „epulari," cum alii, locis Theocr. XVIII, 3. coll. Lucian. II. p. 215. freti, illam a πασσειν, ποικιλλειν, „ornare" deducant. Deinde vero

βότρυν Διωνύσου πληθόμενος σταγόνι·

παστας ponitur de „atrio, τῃ αὐλῃ vicino, quod προδομος Homero audit; denique indicat „cubiculum mulierum," Homeri θαλαμος. cf. Xen. Lac. III, 6. Herodot. I, 9. et 12. Heliodor. Aeth. II. p. 111, 39. et epigr. adesp. XI. Anth. Jac. IV. p. 120. Nostro loco altera vocabuli παστας notio erit tenenda, vt sit „atrium templi," in quo saepius donaria collocabantur vel suspendebantur. cf. Leon. Tarent. ep. V. παστας Veneris Anth. Jac. I. p. 154. Hegesipp. ep. I. Anth. Jac. I. p. 187. Damaget. ep. II. Anth. Jac. II. p. 39. atque ex conjectura Jacobsii in Pers. ep. II. A. J. II. p. 4. Quae cum ita sint, errare Wahlium in aprico est, qui l. l. p. 17. παστας reddit per „velum geniali lecto impendens," (quo quidem sensu vel nusquam, vel rarius saltem (ep. adesp. DCCX b. Anth. Jac. IV. p. 271.) occurrit, cum potius παστος sit torus nuptialis, Antip. Sid. ep. XCVIII, 2. A. J. II. p. 34. Meleagr. ep. CXXV, 7. A. J. I. p. 35. et ep. adesp. DCCX a. r. A. J. IV. p. 271.) atque donaria Veneri sacra non in templis tantum, sed in thalamis quoque vel lectis potius nuptialibus reposita esse, divinatur, et vertit: *Unter dem goldnen Gehäng' am Bett' Aphroditens.* In nota morem veterum memorat, ex quo κλιναι diis in templis collocarentur cf. *C. Heyne antiquarische*

ὐδ' ἔτι τοι μάτηρ ἐρατὸν περὶ κλῆμα
βαλῦσα

Aufsätze I. St. p. 70.) hunc ritum epigrammati nostro inferri posse autumans, ita vt vuam in κλινῃ Veneris repositam existimemus. At hoc quoque interpretationis artificium corruere, quilibet intelliget, dummodo varias vocis παςαδος significationes perpenderit, contulerit, atque rite examinauerit.

v. 2. βοτρυ. βοτρυς idem esse videtur, quod βοστρυχος, βοστρυξ et βοστρυς, et primum „viticulas vitis," deinde „vuas ipsas" indicare vt σαφυλη. cf. Anacr. L. 10. et quae ibi Fischerus monet. Vuam autem Veneri dedicari neminem offendet, cum Bacchi amabilis socia vbicunque reperiatur Aphrodite, ideoque etiam sit Βακχυ παρεδρος Orph. h. LIV. 7. cf. Arnaud Comment. de diis παρεδροις. Hagae 1732.

ςαγων, a ςαζω, stillo, „gutta." Aelian. V. H. III, 42. εκ δε των οροφων εςαζον οινυ και γαλακτος ςαγονες. Alias (Timaeus p. 556. ed. Gal.) ςαγων est *ferrum depurgatum*, το καθαρον σιδηριον, vt Hesychius explicat.

v. 3. μητηρ vocatur vitis (αμπελος) quemadmodum Eurip. Alc. 757. μελαινα μητηρ. Vinum ipsum vocatur αμπελυ παις a Pind. Nem. IX, 123. et Anacr. L. 7. γενος αμπελυ, vbi vide, quae Fischerus attulit. Martial. XIII. ep. 43. (46.) „Vilia maternis fueramus praecoqua ramis," vel „Persica ramis," vt

φύσει ὑπὲρ κρατὸς νεκτάρεον πέταλον.

---

alii legunt. Arbores fructuum ratione habita matres appellari docuit Gatacker de Stilo N. T. p. 104. cf. praeterea Leonid. Tarent. ep. XLIV. 4. A. J. I. p. 165.

ἐρατον κλημα. Anacr. fragm. III, 5. ed. Fisch. p. 334. κλημο το βακχειον et Anacr. ad L. 9. vbi Gloss. vett. κλημα το βοτρυς ἐχον, i. e. „palmes."

v. 4. κρατος, „robur" proprie indicat, de „capite" quoque poni, docet locus Homeri Odyss. VIII, 92. ex quo fluxit glossa Hesychii κρατα. κεφαλην. Simili ratione occurrit Eur. Alc. 1015. et Anacr. IV, 14. vbi vid. Barnes. et Fischer.

νεκταρεον vocatur vuae caput ob nectar Lyaei, quo redundat, Anacr. L. 8. οἰνος πεπηδημενος ὀπωραις. coll. Ouid. Trist. V, 3, 36.

πεταλον dicitur „folium," quatenus latum est et amplum. Anacr. XVIII, 16. ἀμπελος ἐυπεταλος, et Anacr. fragm. III, 6. ὑπο τα πεταλα δυναι. Aelian. V. H. V, 16. ibique Perizonius.

Finem imponat Wahlii versio (*Mag*. l. l. p. 10.) elegans illa quidem, nostrae interpretationi non satis conveniens:

Unter dem goldnen Gehäng' am Bett' Aphroditens da liegst du,
Traube, mit kochendem Saft Vater Lyäens gefüllt;
Nicht umgeußt dir nun die Mutter den lieblichen Rebschos,
Pflanzet dir Nektarlaub auf das bepurperte Haupt.

VIII.

A N Y T A.

Αγύτης κρινα

VIII.

ANYTA.

Anytam, 1) cujus nominis duas inuenisse sibi visus est Reiskius, 2) Tegeatidem fuisse,

---

1) Vid. de ipsa Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 106. Reisk. l. l. p. 192. et Olear. l. l. p. 129.

2) L. l. p. 193. „Forte, inquit, duae fuerunt poëtriae cognomines Anytae; vna Tegeatis, altera Mitylenaea. Hanc quidem credibilius est a cura et scientia rerum Milesicarum propiorem fuisse, quam Tegeatidem; contra vero hanc eadem de causa, h. e. e locorum vicinia, versificatricis in templo Aesculapii Epidaurii munus obiisse quam Mitylenaeam." Haec licet cum Harlesio in Bibl. gr. concederem, acute esse dicta, quam parum tamen ponderis habeant, ipse Reiskius in sequentibus innuere videtur, cum addit: „nihil impedire, quo minus et illam Anytam Ol. CXXV. aequalem statuamus Aesculapii sacris vacasse;" chronologica quae adducit argumenta, infra videre lubet.

neque non sine omni probabilitate e Iulio Polluce 3) et Stephano Byz. 4) confici posse putem, ac ipsam non ita multo post Ol. CXX. h. e. circiter CCC. a. C. n. annos vixisse, et eo ipso tempore vel non procul abhinc, quo Myrus Byzantiae carmina legerentur, — quum Gallorum exercitus paulo post duce Brenno armata manu Graeciam inuaderent, — haud mediocri poëseos laude claruisse ex Tatiano, 5) qui ipsius statuam efformatam esse refert ab Euthycrato et Cephisodoto, quos statuarios celeberrimos teste Plinio 6) illa aetas vidit, non sine jure colligi posse crediderim. Neque enim, quo minus ita de ipsius patria statuamus, hoc impedit, quod Pausanias 7) Epidauri ipsam

---

3) Onom. L. V. c. 5. segm. 48. Η Τεγεατις Ανυτη Λοκριδα δοξης εμπεπληκεν, εφ' ης τω ταφω επεγραψεν· Ωλεο δηποτε κ. τ. λ. Hunc locum prorsus ignoravit Olearius l. l. p. 129. ap. Wolf.

4) Steph. Byz. περι πολεων, in Τεγεα· Ην δε μελοποιος Ανυτη Τεγεατις, quod ex vitiosa lectione: Ην δε μελοποιος Αυγη Τεγεατις satis probabiliter restituit Leopardus Emendatt. Lib. II. cap. 16.

5) Orat. ad Graec. segm. 52. p. 114.

6) Hist. Nat. Lib. XXXIV. cap. 8. segm. 19. adde Francisc. Junii Catalogum artificum p. 49.

7) Pausan. in Phocicis Lib. X. cap. 38. in fine.

verſatam eſſe innuat, cum, ſi vel Tegea oriunda erat, facile Epidaurum, in cujus viciniis Tegea ſita erat, deferri potuit: Quod ipſum eo probabilius eſt, cum muneris cauſa ibi degiſſe videatur. Cum enim Pauſanias noſtram tradat, ab Aeſculapio, quem diuino honore Epidauri proſecuti ſunt, ad Phalyſium quendam, oculis laborantem, cum tabulis obſignatis, et per ſomnium vati traditis, miſſam eſſe, quibus legendis ille cum oculorum vſum ſe recepiſſe ſentiret, noſtrae conſtitutam in litteris pecuniam expenderit: exinde χρησμοποιοῦ munere Anytam Epidauri perfunctam eſſe judicauerunt. 8) Ex quibus ipſis, ſi ita ſe haberent, argumentum forſan depromi poſſit, Anytam non antiquiori, vt Reiskius maluit, 9) aetati adſcribendam eſſe,

---

8) Vide Wolfium ad h. l. te Reiskium l. l. not. 2.

9) Habere ſe dicit argumenta quaedam, quae ipſi velint perſuadere, Tegeatidem Anytam eſſe multo antiquiorem; at nonniſi vnum protulit vir doctus argumentum non ita quidem graue. Quum in ep. XV. Δαμις, neſcio quis commemoretur, et ſuſpicari liceat, eundem eſſe, quem Pauſan. bello Meſſenico circa Ol. XXIV. Meſſeniorum ducem fuiſſe tradat, Anytae antiquiſſimam aetatem competere putat. At primum quidem dubium eſt, vtrum ille Damis intelligendus ſit, et deinde ſi

quod χρησμοποιος fuerit, quales primis temporibus nondum extitisse constat, id quod et epigramma Anytae in Myronem, quod ipsi tribuendum esse infra ostendemus, postulat.

Quibus rationibus constitutis, optime illi praestans illud in tres Milesias virgines epigramma vindicatur, [10] dummodo inscriptionem, cujus non ita magna auctoritas esse debet, non curauerimus. [11] Quam praeterea vates nostra suis epigrammatibus, quorum quae extant, syllogen congessimus, praeter deperdita, quae, si Stephano Byz. [12] fides in eo competit, cecinisse dicitur μελη, lauream sibi meruerit, ipsa nitidorum ejus carminum lectio ita facile cuiuis persuadebit,

---

esset, nec hoc antiquiorem Anytae aetatem probaret, vt, quae contrarium affirment, argumenta taceam.

10) Infra no. XVII.

11) [illegible] quidem [illegible] Cod. Vat. [illegible] ...της Mι- [illegible] τ. λ. [illegible] ...τῳ est, [illegible] inscrip- [illegible] tandem aetate adjectas esse; hanc forte ob causam ipse Reiskius, licet Mitylenaeam statueret Anytam, ad inscriptionem tamen hanc non prouocauit.

12) Vid. supr. not. 4. Videtur aliquid saltem ipsi tribuendum esse, cum certe et inscriptio carminis XVI.

vt cum Antipatro 13) ſacrum Ἀϋτῆς στόμα praedicet.

---

quae cod. Vat. exhibet (vid. infr. hoc ep.) idem affirmet.

13) Antip. Theſſ. ep. XXIII, 3. Anth. Jac. II. p. 101.

I. *)

Echecratides Cretensis hastam suam, quam non amplius caedes inferre cupit, in templo Mineruae, bellicae suae virtutis testem, ponit.

Εστάθι τῆδε κράνεια βροτοκτόνε, μηδ' ἔτι λυγρὸν
χάλκεον ἀμφ' ὄνυχα στάζε φόνον δαΐων

*) Cod. Vat. p. 164. Kuster. edidit ad Suidam, vbi sub κρανεια primum distichon legitur.

v. 1. κρανεια, propr. „Cornus arbor." — — — — — bona bello Cornus dicitur, et Aen. V, 557. „Cornea hastilia" (cf. III, 23.) commemorantur, vt in Xenoph. d. re equestr. XII, 12. κρανεΐνα παλτα occurrunt. — κραν. βροτοκτ. sic in Orph. h. LXIV. Ares dicitur.

sic Iliad. XVI, 767. tunc ἐκ κρανειας δορυ, teste Suida. Ob summam enim duritiem Plin. H. N. XVI, 38. 73. et Virg. Georg. II, 447.

v. 2. χαλκεον — ονυχα. Schol. Apoll.

ἀλλ' ἀνὰ μαρμάρεον δόμον ἥμενα
αἰπὺν Ἀθάνας

Rhod. IV. 1679. στόνυξ (quod idem est atque ὄνυξ) ἐστι κυρίως το ἄκρον τȣ δοράτος, καταχρηστικως δε παν το εις ὀξυ ληγον. — σταζειν actiu. et intransf. „stillare," h. l. act. (vt infra XIV. δακρυ) σταζειν φονον, „caede cruentum esse."

δαϊς, μαχη, hinc δαϊος et δαϊον, quod idem est ac πολεμιοι, „hostes." Mirum quantum cum hoc disticho Simonid. ep. XLIII. Anth. Jac. I. p. 67. conuenit:

Τοξα ταδε πτολεμοιο πεπαυμενα δακρυοεντος
νηω Ἀθηναιης κειται ὑπορωφια,
πολλακι δη στονοεντα κατα κλονον ἐν δαϊ φωτων
Περσων ἱππομαχων αἱματι λȣσαμενα.

v. 3. ἡμενα, ἡμαι, καθημαι, κειμαι dicitur de rebus, hominibusque otiosis; vid. Graevium in Lect. Hesiod. c. XI. p. 54. Lennep. ad Phal. p. 253. et Klotzium ad Tyrt. Eleg. V. (Callini Eleg.) v. 4. idem vocabulum de anathematibus et quidem de armis occurrit apud Hegesipp. ep. III. Anth. Jac. I. p. 187. et Mnasalc. ep. II. ibid. p. 123. quae loca cum sint simillima, inspexisse non poenitebit. cf. Propert. II, 25, 8. vbi: „vacat" parma in templo. — μαρμαρεον δομον αιπ. Αθ. sic supr. Noss. X. δομ. Ἀφροδ. pro „templo."

ἄγγελλ' ἀνορέαν Κρητὸς | Ἐχεκρατίδα.

---

v. 4. ἄγγελλ' ἀνορεαν, „nuncia fortitudinem Echecratidis," vt ſupra ὑμνευειν. Caeterum conf. cum noſtro ep. Mnaſalc. III. et VI. Anth. Jac. I. p. 124.

II. *)

In ἀναθημα Cleobotae, Eriaſpidae filii, lebetem aeneum eumque capaciſſimum, Ariſtotelis Clitorii opus, Mineruae dedicantis hanc ſimpliciſſimam inſcriptionem Anyta compoſuit.

Βουχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Εριασπίδα υἱὸς,
Κλεύβοτος· ἁ πάτρα δ' εὐρύχορος Τεγέα.

---

*) Cod. Vat. exhibet hoc epigr. pag. 167. Primus edidit L. Holſten. ad Steph. Byz. in Τεγεα p. 317.

v. 1. Βουχανδης — λεβης. λεβης lat. „lebes," a λειβειν, infundere ſc. aquam etc. βουχανδης· Suidas: βουν χωρων, hinc Heſych. βουχανδη· τον μεγαν λεβητα dicit; qua de cauſa Cleobotus ingentem hunc lebetem poſuerit, aeque non conſtat, ac ipſe ignotus eſt.

Εριασπιδα genit. dor. pro Εριασπιδος.

Τεγεα, vrbs Arcadiae nobilis, hinc ευρυχορος, „ampla" vt Aſia Pindaro Olymp. VII, 33. ευρυχορος audit nec non Sparta Simonid. ep. XXVIII, 2. Anth. Jac. I. p. 64. et Hellas ep. adeſp. CXLIV. Anth. Jac. IV. p. 146.

Αὐτῆς κρίνα

VIII.

A N Y T A.

Anytam, 1) cujus nominis duas inuenisse sibi visus est Reiskius, 2) Tegeatidem fuisse,

---

1) Vid. de ipsa Fabric. Bibl. gr. Vol. II. p. 106. Reisk. l. l. p. 192: et Olear. l. l. p. 129.

2) L. l. p. 193. „Forte, inquit, duae fuerunt poëtriae cognomines Anytae; vna Tegeatis, altera Mitylenaea. Hanc quidem credibilius est a cura et scientia rerum Milesicarum propiorem fuisse, quam Tegeatidem; contra vero hanc eadem de causa, h. e. e locorum vicinia, versificatricis in templo Aesculapii Epidaurii munus obiisse quam Mityleneam." Haec licet cum Harlesio in Bibl. gr. concederem, acute esse dicta, quam parum tamen ponderis habeant, ipse Reiskius in sequentibus innuere videtur, cum addit: „nihil impedire, quo minus et illam Anytam Ol. CXXV. aequalem statuamus Aesculapii sacris vacasse;" chronologica quae adducit argumenta, infra videre lubet.

neque non sine omni probabilitate e Iulio Polluce 3) et Stephano Byz. 4) confici posse putem, ac ipsam non ita multo post Ol. CXX. h. e. circiter CCC. a. C. n. annos vixisse, et eo ipso tempore vel non procul abhinc, quo Myrus Byzantiae carmina legerentur, — quum Gallorum exercitus paulo post duce Brenno armata manu Graeciam inuaderent, — haud mediocri poëseos laude claruisse ex Tatiano, 5) qui ipsius statuam efformatam esse refert ab Euthycrato et Cephisodoto, quos statuarios celeberrimos teste Plinio 6) illa aetas vidit, non sine jure colligi posse crediderim. Neque enim, quo minus ita de ipsius patria statuamus, hoc impedit, quod Pausanias 7) Epidauri ipsam

3) Onom. L. V. c. 5. segm. 48. Η Τεγεατις Ανυτη Λοκριδα δοξης εμπεπληκεν, εφ' ης τω ταφω επεγραψεν· Ωλεο δηποτε κ. τ. λ. Hunc locum prorsus ignoravit Olearius l. l. p. 129. ap. Wolf.

4) Steph. Byz. περι πολεων, in Τεγεα· Ην δε μελοποιος Ανυτη Τεγεατις, quod ex vitiosa lectione: Ην δε μελοποιος Αυγη Τεγεατις satis probabiliter restituit Leopardus Emendatt. Lib. II. cap. 16.

5) Orat. ad Graec. segm. 52. p. 114.

6) Hist. Nat. Lib. XXXIV. cap. 8. segm. 19. adde Francisc. Junii Catalogum artificum p. 49.

7) Pausan. in Phocicis Lib. X. cap. 38. in fine.

verſatam eſſe innuat, cum, ſi vel Tegea oriunda erat, facile Epidaurum, in cujus viciniis Tegea ſita erat, deferri potuit: Quod ipſum eo probabilius eſt, cum muneris cauſa ibi degiſſe videatur. Cum enim Pauſanias noſtram tradat, ab Aeſculapio, quem diuino honore Epidauri proſecuti ſunt, ad Phalyſium quendam, oculis laborantem, cum tabulis obſignatis, et per ſomnium vati traditis, miſſam eſſe, quibus legendis ille cum oculorum vſum ſe recepiſſe ſentiret, noſtrae conſtitutam in litteris pecuniam expenderit: exinde χρησμοποιοις munere Anytam Epidauri perfunctam eſſe judicauerunt. 8) Ex quibus ipſis, ſi ita ſe haberent, argumentum forſan depromi poſſit, Anytam non antiquiori, vt Reiskius maluit, 9) aetati adſcribendam eſſe,

---

8) Vide Wolfium ad h. l. te Reiskium l. l. not. 2.

9) Habere ſe dicit argumenta quaedam, quae ipſi velint perſuadere, Tegeatidem Anytam eſſe multo antiquiorem; at nonniſi vnum protulit vir doctus argumentum non ita quidem graue. Quum in ep. XV. Δαμις, neſcio quis commemoretur, et ſuſpicari liceat, eundem eſſe, quem Pauſan. bello Meſſenico circa Ol. XXIV. Meſſeniorum ducem fuiſſe tradat, Anytae antiquiſſimam aetatem competere putat. At primum quidem dubium eſt, vtrum ille Damis intelligendus ſit, et deinde ii

quod χρησμοποιος fuerit, quales primis temporibus nondum extitiſſe conſtat, id quod et epigramma Anytae in Myronem, quod ipſi tribuendum eſſe infra oſtendemus, poſtulat.

Quibus rationibus conſtitutis, optime illi praeſtans illud in tres Mileſias virgines epigramma vindicatur, 10) dummodo inſcriptionem, cujus non ita magna auctoritas eſſe debet, non curauerimus. 11) Quam praeterea vates noſtra ſuis epigrammatibus, quorum quae extant, ſyllogen congeſſimus, praeter deperdita, quae, ſi Stephano Byz. 12) fides in eo competit, ceciniſſe dicitur μελη, lauream ſibi meruerit, ipſa nitidorum ejus carminum lectio ita facile cuiuis perſuadebit,

---

eſſet, nec hoc antiquiorem Anytae aetatem probaret, vt, quae contrarium affirment, argumenta taceam.

10) Infra no. XVII.

11) Habet quidem profecto ipſe Cod. Vat. h. lemma: Ανυτης Μιτυλαναιας ἐις κ. τ. λ. ſed in promptu eſt, plurimos h. g. inſcriptiones ſeriori tandem aetate adjectas eſſe; hanc forte ob cauſam ipſe Reiskius, licet Mitylenaeam ſtatueret Anytam, ad inſcriptionem tamen hanc non prouocauit.

12) Vid. ſupr. not. 4. Videtur aliquid ſaltem ipſi tribuendum eſſe, cum certe et inſcriptio carminis XVI.

vt cum Antipatro 13) sacrum Αυυτης τομα praedicet.

---

quae cod. Vat. exhibet (vid. infr. hoc ep.) idem affirmet.

13) Antip. Thess. ep. XXIII, 3. Anth. Jac. II. p. 101.

I. *)

Echecratides Cretensis hastam suam, quam non amplius caedes inferre cupit, in templo Mineruae, bellicae suae virtutis testem, ponit.

Ἑστάθι τῆδε κράνεια βροτοκτόνε, μηδ᾽ ἔτι λυγρὸν
χάλκεον ἀμφ᾽ ὄνυχα στάζε φόνον δαΐων

---

*) Cod. Vat. p. 164. Kuster. edidit ad Suidam, vbi sub κρανεια primum distichon legitur.

v. 1. κρανεια, propr. „Cornus arbor.” — — — — — bona bello Cornus dicitur, et Aen. V, 557. „Cornea hastilia” (cf. III, 23.) commemorantur, vt in Xenoph. d. re equestr. XII, 12. κρανεΐνα παλτα occurrunt. — κραν. βροτοκτ. sic in Orph. h. LXIV. Ares dicitur.

sic Iliad. XVI, 767. tunc ἐκ κρανειας δορυ, teste Suida. Ob summam enim duritiem Plin. H. N. XVI, 38. 73. et Virg. Georg. II, 447.

v. 2. χαλκεον — ὀνυχα. Schol. Apoll.

ἀλλ᾽ ἀνὰ μαρμάρεον δόμον ἥμενα
αἰπὺν Ἀθάνας

Rhod. IV. 1679. ϛονυξ (quod idem eſt atque ὀνυξ) ἐϛι κυρίως το ἀκρον τȣ δορατος, καταχρηϛικως δε παν το ἐις ὀξυ ληγον. — ϛαζειν actiu. et intranſ. „ſtillare," h. l. act. (vt infra XIV. δακρυ) ϛαζειν φονον, „caede cruentum eſſe."

δαΐς, μαχη, hinc δαΐος et δαΐον, quod idem eſt ac πολεμιοι, „hoſtes." Mirum quantum cum hoc diſticho Simonid. ep. XLIII. Anth. Jac. I. p. 67. conuenit:

Τοξα ταδε πτολεμοιο πεπαυμενα δακρυοεντος
νηῳ Ἀθηναιης κειται ὑπορωφια,
πολλακι δη ϛονοεντα κατα κλονον ἐν δαΐ φωτων
Περσων ἱππομαχων αἱματι λȣσαμενα.

v. 3. ἡμενα, ἡμαι, καθημαι, κειμαι dicitur de rebus, hominibusque otioſis; vid. Graevium in Lect. Heſiod. c. XI. p. 54. Lennep. ad Phal. p. 253. et Klotzium ad Tyrt. Eleg. V. (Callini Eleg.) v. 4. idem vocabulum de anathematibus et quidem de armis occurrit apud Hegeſipp. ep. III. Anth. Jac. I. p. 187. et Mnaſalc. ep. II. ibid. p. 123. quae loca cum ſint ſimillima, inſpexiſſe non poenitebit. cf. Propert. II, 25, 8. vbi: „vacat" parma in templo. — μαρμαρεον δομον αιπ. Αϑ. ſic ſupr. Noſſ. X. δομ. Αφροδ. pro „templo."

ἄγγελλ' ἀνορέαν Κρητὸς !. Ἐχεκρατίδα.

---

v. 4. ἄγγελλ' ἀνορεαν, „nuncia fortitudinem Echecratidis," vt supra ὑμνευειν. Caeterum conf. cum nostro ep. Mnasalc. III. et VI. Anth. Jac. I. p. 124.

II. *)

In ἀναθημα Cleobotae, Eriaspidae filii, lebetem aeneum eumque capacissimum, Aristotelis Clitorii opus, Mineruae dedicantis hanc simplicissimam inscriptionem Anyta composuit.

Βουχάνδης ὁ λέβης· ὁ δὲ θεὶς Εριασπίδα υἱὸς,
Κλεύβοτος· ἁ πάτρα δ' εὐρύχορος Τεγέα.

---

*) Cod. Vat. exhibet hoc epigr. pag. 167. Primus edidit L. Holsten. ad Steph. Byz. in Τεγεα p. 317.

v. 1. Βουχανδης — λεβης. λεβης lat. „lebes," a λειβειν, infundere sc. aquam etc. Suidas: βουχανδης· Suidas: βεν χωρων, hinc Hesych. βεχανδη· τον μεγα λεβητα dicit; qua de causa Cleobotus ingentem hunc lebetem posuerit, aeque non constat, ac ipse ignotus est.

Εριασπιδα genit. dor. pro Εριασπιδος.

Τεγεα, vrbs Arcadiae nobilis, hinc ευρυχορος, „ampla" vt Asia Pindaro Olymp. VII, 33. ευρυχορος audit nec non Sparta Simonid. ep. XXVIII, 2. Anth. Jac. I. p. 64. et Hellas ep. adesp. CXLIV. Anth. Jac. IV. p. 146.

τ' Ἀθάνᾳ δὲ τὸ δῶρον· Ἀριστοτέλης δ' ἐποίησε
Κλειτόριος, γενέτᾳ ταὐτὸ λαχὼν ὄνομα.

---

v. 3. τ' Ἀθανᾳ — δωρον Forsan summa ars in hoc lebete conspicua erat, vnde Mineruae, omnium artium praesidi sacrum esse voluit Cleobotus.

Ἀριστοτελης δ' ἐποιησε. Pro ἐποιησε legendum censet Brunckion. ἔποησε, quoniam Cod. habet ἔβοησε. — Frequens erat mos, in anathematibus et artificis et dedicantis mentionem facere. — Aristoteles hicce Clitorius quinam fuerit, ignoratur, ita vt et ejus pater, quocum idem nomen sortitus (λαχ. τ. ὀν.) esse dicitur, incertus est.

ὀνομα λαγχανειν, „nomen sortiri," elegantius quam simpl. accipere.

III. *)

Grati animi sensibus perfusus, Theodotus, pastor, Pani Nymphisque donarium consecrat, quod ipsi, summa aestate siti fere enecato, frigidam aquam monstrarint. Placet pia simplicitas, quam in hac ipsius donarii inscriptione sine vllo fuco expressam vides.

Φριξοκόμα τόδε Πανὶ, καὶ Αυλιάσιν
θέτο Νύμφαις

---

*) Bis legitur hoc epigr. in Anthol. Planud. p. 364. et 441.

v. 1. Παν, Mercurii filiaeque Dryopis filius, Hom. hymn. in Pan. 1. 33. sqq. (aliis aliter ipsius origines definientibus) antiquissimum idemque fere summum Arcadum numen, quod cum ipsi pastores essent, pastoritio cultu pellibusque tectum, ac fere caprina forma incedentem descripsere, ita vt αιγοποδης, δικερωτις, αγλαοθειρος, ευχμηεις et vt h. l. φριξοκομης, horridus capillos, commode dici potuerit. Caeterum vide de ipso, si plura cupis, Hermann. *Handb. der Myth.* Th. II. p. 188. et Nitsch. *mythol. Wörterbuch* p. 1563. φριξοκομης idem est ac φριξοθριξ, quod Suidas per ορθων τας τριχας explicat. Φρισσειν, lat. „horrere horrescere," primum, vt hoc, de maris vel segetis fluctibus dici-

δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς Θεύδοτος αἰπόνομος.

---

tur, hinc de animalibus, quibus ira, metu, terrore frigoreue percutitur cutis, ita vt *comae erigi ac ſtare* incipiant; ſic Heſ. Sc. Herc. 391. de apro ὀρθαὶ, ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας. cf. 171. et O. et D. 510. tunc omnino de „capillis horridis et ſqualentibus" vt h. l. quo ſenſu lat. *horrere* occurrit Tibull. II, 3, 23. Ouid. Met. XIII, 846. Plurima veterum ſcholia de hoc vocabulo collecta exhibet Wolf. ad n. l.

Αυλιασιν Νυμφαις. Antiqui orbis homines, cum omnem rerum naturam viuere atque vim ſuam exſerere animaduerterent, omnibus numina quaedam, ipſis ſimilia, quae cuncta haec efficerent, ineſſe credebant. Ex qua ipſorum opinione et Nymphae originem duxere, quarum quidem tot genera ſtatuerunt, quotquot varia rerum genera deprehendiſſent; hinc Νυμφαι ἀλσηιτιδες, ἁμαδρυαδες (de quibus ſupra ad Myr. II. ſermo fuit), ὑδριαδες etc. Cunctis autem his Nympharum numinibus, ex hominum ſententia, commune erat hoc, vt fruges alerent et ipſarum fertilitatem promouerent, et vel hoc ipſo animalium nutrices euaderent, vnde et eadem ratione, qua in Orph. h. L. II. αἰπολικαι ac νομιαι audiunt, in noſtro loco αὐλιαδες, „quibus ſtabula curae ſunt" dicuntur. Hanc autem ipſam ob cauſam, quod ſint αἰπολικαι et νομιαι, Nym-

ἔνεχ' ὑπ' ἀζαλέε θέρεος μέγα κεκμηῶτα

---

phae Panem comitantur, cf. Orph. h. L.

v. 2. οἰονομος, vel ab ὄϊς et νεμω, vel ab eodem verbo et οἶος, ſolus, vt intelligendus ſit is, „qui gregem ſolus in deſertis locis paſcit," quod poſterius h. l. ob ſequentia magis placet. Eodem ſenſu occurrere videtur in Archiae epigr. XXIX, 4. Anth. Jac. II. p. 87. — Leon. Tar. ep. XXXIX, I. Anth. Jac. I. p. 164. Θευδοτος noſter quinam fuerit, quis eſt qui ſciat?

ὑπο σκοπιας, vel vt Cel. Jacobſio placet, ἐπι σκοπιᾳ ad idem fere redit, ὑπο σκοπιας eſt Virgilii

Monte ſub aërio — — — — —

Aen. VI, 234. in clivo montis;" nam σκοπια, ὑψηλος τοπος, vt Schol. ad Theocr. Id. IX, 11. explicat. (cf. Id. I, 69.) vel ἡ τε ὀρεος κορυφη, δι' ἧς διασκοπειν εστι τα πορρω, monente Euſtath. ad Il. IV, 275.

τοδε δωρον. Quum donariis ipſis epigrammata addere moris eſſet, non amplius opus erat, pluribus declarare, quidnam dedicatum fuerit, ſic et infra in Eurydic. epigr. res dedicata non indicatur; plura exempla Anthol. gr. exhibet; cf. adeſp. CLI. CXLVII. Anth. Jac. IV. p. 147. CXLV. ibid. p. 146. vid. Brunck. ad adeſp. CLXIII. in Lectt. et Emendatt.

v. 3. ὑπ' — κεκμηωτα. cf. infr. VII. et IX. ἀζαλεον θερος, „aeſtas torrida;"

πᾶυσαν, ὀρέξασαι χερσὶ μελιχρὸν ὕδωρ.

---

sic Hes. Sc. Herc. 153. Σειριος ἀζαλεος.

v. 4. παυειν, activ. „cessare facere," construitur cum participio: vt aliquis desinat, v. c. τινα λαλȣντα, loqui; κεκμηωτα, facere vt lassitud[illegible] cedat, „recreare."

v. 4. ὀρέξασαι — ὕδωρ. sc. Νυμφαι cum Pane. ὀρεγειν proprie est „extendere, porrigere," vt χειρα; Hom. Il. XV, 371. tum „porrecta tradere, dare." Hes. Theog. 433.

μελιχρον ὕδωρ h. e. γλυκυ, sitienti dulcior esse videtur aqua.

Ηδυ θερȣς διψοντι χιων ποτον.

Asclepiad. ep. XX. Anth. J. I. p. 148.

Ad fontes positae erant non solum Nympharum sed et Panis statuae. cf. Nicarch. ep. VIII. Anth. Jac. III. p. 60. Crinag. ep. VII. Anth. Jac. II. p. 129. Adesp. CCLVIII. — CCLXI. Anth. Jac. IV. p. 171. Leonid. Tar. ep. XXXIX. Anth. Jac. I. p. 164. hujus generis imagines, cum e longinquo facile conspici poterant, sine dubio Theodoto viam ad fontem ostenderant; bene igitur pia superstitione illis ita, ac si vere potum ipsi suppeditassent, gratum animum significat.

IV. *)

Hircum, quo, fraenis ipsi impositis, pueri vehebantur, equitum certamina circa templum imitantes, hoc epigrammate, vt placide ipsos, pueriliter exultantes, vehat, nostra hortatur.

Ηνία δή τοι παῖδες ἔνι, τράγε, φοινικόεντα
θέντες, καὶ λασίῳ φιμὰ περὶ στόματι,

*) Exhibet hoc epigr. Cod. Vat. p. 201. et Anth. Planud. p. 48.

v. 1. Ηνια. Ηνιαι, et interdum Ηνια sunt „habenae, quibus equi reguntur" sic Hom. Odyss. III, 483. — φοινικοεντα. Φοινικους est „colore puniceus," et „exuberantiam splendoremque significat ruboris," A. Gell. N. A. II, 26. Non vrgendum videtur, quod habenae hoc quidem colore tinctae commemorentur; sunt in vniuersum „pulchrae, nitidae, quibus pueri delectabantur."

v. 2. Φιμα per metaplasmum pro Φιμους. Φιμα explicat Hesych. κημος, παραστομιον, Φιμος. Schol. Anth. Φιμα σημαινει τον κημον, τον τω τȣ ιππȣ στοματι περιτιθεμενον. Plura attulit Wolfius, quem

ἵππια παιδεύουσι θεοῦ περὶ ναὸν
ἄεθλα,

---

vide. — λασιον σωμα egregie commemorat poëtria in hirco, vt Virgil. Georg. III, 311.

— — — *barbas incanaque menta.*

λασιη χιμαρος occurrit in Q. Maec. ep. XI, 6. Anth. Jac. II, p. 223.

v. 3. ἱππια — αεθλα. „Per lusum et lasciuiam equestria certamina exercent;". sic Cel. Iacobsius. Male Brodaeus ad puerorum institutionem refert, qua in arietibus hircisque primum equitare debuerint. — θεου περι ναον. Cel. Jacobsius, nisi conjicere liceret pro θεου, θεας legere, et Mineruam equestrem, quam ex Pausania VIII, 47. p. 695. Tegeae (ergo in Anytae patria) cultam esse constat, intelligere, de Neptuno cogitandum esse suspicatur, quem teste Pausania VIII, 37. p. 677. Thebani Arcadesque sub ἱππιου nomine, quo et in Orph. h. XVI, 2. et alias, vt in Alphei ep. VI, 1. A. J. II. p. 116. eum insignitum legimus, (cum in Hom. hymn. in ipsum ἱππων δμητηρ audiat,) coluere. Cum Neptunus ἱππιος, ἱππων δμητηρ et adeo δοτηρ (cf. Pindar. Ol. V, 50. et Pausan. VII, 21. p. 577.) diceretur, quod quomodo fieri potuerit, vide Hermann. *Handb. d. Myth.* I. p. 122. ejus in honorem curribus equisque certabant in ludis Isthmicis (Strabo VIII. p. 369.) ita vt et Lucus Onchestius, ybi ad ipsius templum similis ei cultus exhi-

κοῦφ᾽ αὐτὸς φορέῃς νήπια τερπομένους.

---

bebatur, ab Homero aliisque laudatur. cf. Hom. h. in Apoll. V. 230. sqq. Simile Neptuni fanum, vbi equestria certamina instituebantur, quae pueri, hircis insidentes, imitarentur, in nostro loco intelligendum videtur. Caeterum de Neptuno ἱππίῳ consulendus Ilgenius V. D. ad Hom. hymn. p. 256. Hermann. l. l. et II. p. 164.

v. 4. κουφ᾽ αὐτους. Egregie doctiss. Jacobsius obseruauit, vulgarem lectionem ὄφρ᾽, quam et Brunckius seruauit, sensum subabsurdum suppeditare, cum pueri certamina instituere dicerentur, vt hircus ipsos vehat; legendum itaque censet: κουφ᾽ pro κουφα, aduerbialiter dictum, quod proprie in re equestri de equis leuiter se mouentibus (vt Anacr. Od. LXI, 10. κοῦφα τε σκιρτωσα παιζεις) dicitur; cf. Xenoph. de re equestr. I, 13. vid. Jacobs. ad n. l. — νηπια τερπομενους. Brunck aliique ἠπια, sed perplacet Cel. Jacobsii emendatio, „pueriliter exultantes," vt Secund. ep. I, 2. Anth. Jac. III. p. 226. νηπι᾽ ἀγαλλομενοι, de Amoribus. Hac ratione si textum constitueris, tenerum vatis sensum, et prouidum ejus in pueros ludentes amorem miraberis.

V.

ΕΙΣ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΑΓΑΛΜΑ ΕΣΤΩΣ ΕΠ' ΑΙΓΙΑΛΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΣΚΟΠΟΥΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΠΕΛΑΓΟΣ. *)

Venerem marinam, cujus ſtatua in littore poſita erat, Anyta hoc epigrammate celebrat.

Κύπριδος οὗτος ὁ χῶρος, ἐπεὶ φίλον ἔπλετο τήνᾳ

---

*) Cod. Vat. p. 379. Planud. exhibet noſtrum epigramma p. 56. et 340. Cf. Adeſp. CCLXV. Anth. Jac. IV. p. 172. Antip. Sidon. ep. LIII. A. I. p. 21.

v. 1. Κυπριδος. Cum non ſolum Joue ac Dione, vt ſupra Sapph. I, 2. vidimus, ſed ex alio poëtarum commento e maris ſpuma orta perhiberetur Venus, (Hom. h. in Ven. init. et Heſ. Theog. 190. Anacr. LI. ibiq. Fiſch. et LIII, 30. ſqq. vnde ipſum Αφροδιτης nomen duxit; plura lectuque digna vide in Ilgenii V. D. Opuſc. Philol. Tom. I. p. 13. ſſ.) et Dea marina diceretur, (Mnaſalc. ep. VIII. Anth. Jac. I. p. 125. Philodem. ep. XXIV. A. J. II. p. 77. Horat. Carm. III, 26, 5. coll. I, 3, 1. vbi vid. Jani) templa et ſtatuas ei in littore poſuere (cf. Pauſan. VII, 21. et quae ſub

αἰὲν ἀπ' ἠπείρε λαμπρὸν ὁρῆν πέλαγος.
ὄφρα φίλον ναύταισι τελῆ πλόον· ἀμφὶ δὲ πόντος

---

not. a.) ipſamque maris fluctibus imperare, nautisque propitiam eſſe credidere, cf. Adeſp. CXXVII. Anth. Jac. IV. pag. 143. LXVI. ibid. p. 131.

v. 2. ἀπ' ἠπείρε. ἤπειρος, de terra continenti, vid. quae ſupra ad Sapph. XXII, 3. obſeruauimus. — λαμπρὸν πελαγος, „aequor ſplendens," epith. ornans. λαμπρον de omnibus dicitur, quae nitent ac reſplendent; ſic λαμπρα Σεληνη Heſ. Theog. 18.

v. 3. ὄφρα — πλοον. *Hor.* Carm. *I*, 3, 1.
Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenae, lucida ſidera
Ventorumque regat pater,
— — — — — —
Nauis — — — — —

cf. Lentulus Getul. ep. I. Anth. Jac. II. p. 151.

ἀμφι — ξοανον, „tuum numen mare reveretur, ſimulac tuam imaginem adſpexerit." Magnifice haec ad Veneris poteſtatem deſcribendam dicta;

ποντῳ γαρ ἐπι πλατυ δειμαινοντι
χαιρω,

δειμαίνει, λιπαρὸν δερκόμενος ξόανον.

Venus ipsa dicit apud Antip. Sid. ep. LIII. Anth. Jac. II. p. 21. audire iuuabit Lucretium I, 6. (coll. Apollonid. XXXI. A. J. II. p. 126.)

Te Dea, te fugiunt venti, te nubila coeli
Aduentumque tuum; tibi suaues daedala tellus
Submittit flores, tibi rident aequora ponti.

Cf. Posidipp. ep. XXI, 5. 6. A. J. II. p. 52. et Ouid. Her. XIX, 159. idem color reperitur etiam in Theognideis 9. 10. Br. Gnom. p. l. v. 4. λιπαρον δερκομενος ξοανον. Simil. Agath. ep. XXXIX, 8. Anth. Jac. IV, p. 17. τεην εικονα δερκομενος. ξοανον Ammon: ξοανον εστι το εξεσμενον λιθινον ἢ ἐλεφαντινον. vid. supr. Myr. II, 4. Egregie itaque λιπαρον conuenit, „nitidum „proprie, tunc omnino „pulcrum." Hesych. καλον. Ipsa Venus Anacr. LXVI, 7. λιπαροχροος dicitur Operae pretium, Herderi elegantissimam versionem (*zerst. Bl.* II. *p.* 84.) legisse:

Cypris wohnet allhier. Vom hohen Gestade gefällt ihrs,
auf die Wellen zu schaun, auf das beglänzete Meer
Schiffern euch zur glücklichen Fahrt. Das stürmende Meer schweigt
ringsum, wenn es ihr Bild, wenn es ihr Antlitz schaut.

VI. *)

Inscriptio, umbrosa arbori affixa; cunctos laboribus rusticis defatigatos, vt dulcem fontis potum capiant et membra requiescant, inuitat.

Ἵζευ ἅπας ὑπὸ τᾶσδε δάφνας εὐθαλέα φύλλα,
ὡραίου τ' ἄρυσαι νάματος ἁδὺ πόμα,

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 408. sqq. et Anytae tribuitur, cum in Planud. p. 27. adespoton sit.

v. 1. Ἵζευ — φύλλα. Seruaui Brunckianam lectionem, quanquam Cel. Iacobs. Ἵζεο τας δ' ὑπο καλα etc. cum Cod. Vat. ὑπο καλα Δαφνας habeat, legendum censet, cum et sine illa mutatione sensus satis commodus oriatur; Quemcunque arbor inuitat, vt sub ipsa resideat. Hermocr. II. Anth. Jac. II. p. 229.

Ἵζευ ὑπο σκειραν πλατανον, ξενε, τανδε παρερπων,

εὐθαλεα φυλλα; sic εὐθαλεα πλατανον Phil. LXIV. A. J. II. p. 213.

v. 2. ὡραιου — πομα. ναμα lat. „latex," de quouis humore dicitur, h. l.

ὄφρα τοι ἀσθμαίνοντα πόνοις θέρεος φίλα γυῖα
ἀμπαύσῃς, πνοιῇ τυπτόμενα Ζεφύρου.

„aqua." ναματ' ἔνυδρα Eur. Phoen. 669. πικρὸν ναμα Stat. Flacc. VI, 4. A. J. II. p. 239. ibid. v. 1. ἀρυσαι de „haurienda aqua." Σιγησας ἀρυσαι' ὡραιον ναμα de fonte „tempestiuo" intelligerem, in quam opportuno tempore ac loco incidis. vid. Hesych. Praxill. II, 3.

v. 3—4. ὀφρα — Ζεφυρου. Locum simillimum exhibet ep. adesp. CCLX. Anth. Jac. IV. p. 171.

εδιτα

ἀμπαυσον μογερου μαλθακα γυια πονου,
ἠχει σε και Ζεφυροιο τινασσομενη πιτυς αυραις
θελξει — — — cf. Marian. III. A. J. III. p. 212.

ἀσθμαινοντα γυια, i. q. ἀσθμαινων; „anhelus laboris" Sil. Ital. XV, 721. Stat. XI, 7. ἀσθμαινειν πονοις θερεος, egregie de agricolarum laboribus quibus ingemiscunt. cf. Lucret. V, 209.

v. 4. πνοιη τυπτομενα Ζεφυρου, elegans dictio; sic βαλλειν ap. Mosch. Id. V, 1.

VII. *)

Inscriptio alia ejusdem fere argumenti. Viatorem blanda compellatione, vt antrum succedat, et, ad lenes arborum fruticumque susurros, se frigida fontis aqua reficiat, hortatur.

Ξεῖν᾽, ὑπὸ τὰν πέτραν τετρυμένα
γυῖ᾽ ἀνάπαυσον·

---

*) Reperitur nitidum hoc epigramma in Anth. Planud. p. 336.

v. 1. Ξειν᾽ — ἀναπαυσον. Non opus esse videtur textus mutatione, vt pro πετραν πτελεαν legas, vt Cel. Jacobsius maluit, cum et hic sensus oriatur satis commodus; sic conuenire videtur Virgilii locus Ecl. V, 1. sqq.

Cur non — — — — — —
Hic corulis mixtas inter consedimus vlmos? —
Siue antro potius succedimus; adspice, vt antrum
Siluestris raris sparsit labrusca racemis.

τετρυμενα γυια. sic Apollon. Rhod. L. I. 1174. τετρυμενα γουνατα operarii habet. cf. Herodot. VI, 12. τρυειν lat. „terere" est, et de labore homines defatigante dicitur, quo proprie quasi teruntur artus; sic lat. Virg. Georg. IV, 114. Plura de h. v. vide sis ap.

ἁδύ τι ἐν χλωροῖς πνεῦμα θροεῖ πετάλοις.

Iacobſ. Comment. ad Anthol. Vol. II. P. 2. p. 231. ad Addaei ep. III, 1. quod ipſum confer.

v. 2. ἁδυ — πεταλοις. Hermocr. ep. II. Anth. J. II. p. 229.

ἁπαλῳ Ζεφυρος πνευματι φυλλα δονει.

cf. Anacr. XXII. — χλωρα πεταλα, propr. „pallida folia," h. e. omnino „viridia," vt in Thalli ep. IV, 1. A. J. II. p. 150. χλοερα πλατανιςος et in M. Scaeuolae epigr. v. 2. A. J. II. p. 241. χλοερη βοτανη. — Puta, arborum fruticumve ramulos et folia antro impendiſſe, vel hederae racemulos illud leuiter texiſſe. conf. Theocr. VII, 135.

v. 3. πιδαξ ψυχρος ἐκ πηγης eſt „frigida aqua e fonte proſiliens," a πιδυειν cf. Nic. ep. IV. 2. Anth. Jac. I. p. 282.

δη γαρ φιλον. Theocr. VIII, 78.

Αδυ δε τις θερεος παρ ὑδωρ ῥεον αιθριοκοιτειν.

ἀμπαυμα pro ἀναπαυμα, „requies;" ſic Heſ. Theog. 55. „locus quieti deſtinatus," quo ſenſu nobis accipiendum erit. Anacreon eleganter καταγωγιον dicit ad XXII. v. vlt.

VIII. *)

ΕΙΣ ΑΓΑΛΜΑ ΠΑΝΟΣ. *)

Panem calamo ludentem et in solitario loco constitutum interrogat: quidnam, cum solus sit, tibia canat? Cui ille, se ea de causa dulce carmen meditari, ut bene pascant iuuencae, refert.

Τίπτε κατ' οἰόβατον, Πὰν ἀγρότα, δάσκιον ὕλαν

*) Legitur in Anth. Planud. p. 336.

v. 1. Τιπτε pro τιποτε. — Παν ἀγρότης, h. e. „agrestis," (vt Virg. Georg. II, 493.) qui pastorum more in agris degit, ibique greges pascit. Eodem fere nomine etiam Diana insignitur, ἀγροτερα, in quo aeque non de venatione, cui praeest, ac h. l. sed potius de vita agresti cogitandum esse, pluribus Perizon. ad Ael. V. H. II, 25. efficere studet. — ὑλα δασκιος est, vt δριος ἐυσκιον Simm. Rhod. IV, Anth. I. p. 137. „sylva vmbrosissima;" nam δασκιος vel δασυσκιος est ab δασυς et σκια. — οἰοβατον i. q. οἰοπολος, i. e. ἐρημος.

ἥμενος, - ἀδυβόα τῷδε κρέκεις δόνακι;
ὄφρα μοι ἑρσήεντα κατ' ὄρεα ταῦτα νέμοιντο
πόρτιες, ἠϋτόκων δρεπτόμεναι σταχύων.

---

v. 2. ἀδυβοα — δονακι. κρεκειν propr. „pulsare, plaudere" esse, ad Sapph. III. vidimus; hinc non solum de „cithara plectro pulsata," (vid. Schol. ad Aristoph. Au. v. 683.) sed et de „quovis fere instrumenti musici sono" vsurpatur, vt σαλπιγξ ap. Lucian. Tragopod. II. p. 806. ed. Amstel. κρεκουσα audit; hinc Suidas explicat per αυλουσα. cf. Orph. h. X, 6. δοναξ propr. „calamus," tunc „quicquid e calamo constat," vt „tibia pastoralis," quam et calamus significat. hinc ποιμενιον δονακα Panis Alcaeus Mess. ep. XII. Anth. Jac. I. p. 240. memorat. Plura exempla vid. ap. Cel. Jacobs. — ἁδυβοα. Sic Eurip. in Bach. v. 127. et Aristoph. Au. v. 682. καλλιβοαν κρεκειν αυλον. λωτες κεροβοας reperis in Philippi ep. VI, 3. A. J. II. p. 196.

v. 3—4. ὀφρ — πορτιες, respondet Pan. ἑρσηεντα ὀρεα Il. XIV, 348. λωτον ἑρσηεντα, quod Schol. min. per δροσωδη et Hesych. καλον ἐνικμον, δροσινον explicat.

v. 4. ἐυτοκων σταχυων. Sic Cel. Brunckius auctoritate duorum codd. pro ἐυκομιων, idem addit: „ἐυ-

IX. *)

Mercurius, ad hortum in triuio et prope littus positus, viatores, vt ad se deuertere, et ad fontis strepitum recubare velint, haec commoda omnemque loci amoenitatem describens, tacite et amice monet.

Ἑρμᾶς τᾷδ' ἕστακα παρ' ὄρχατον ἠνεμόεντα

τοκ. σταχ. aristae, quae facilem partum foetis iuuencis faciunt," quod exquisitius est, et optime se habet, cum πορτιας, h. e. „iuuencas" commemorauerat. σταχυς non solum „frumentorum arista," sed et in genere „graminum et herbarum."

*) Cod. Vat. p. 409. Planud. p. 342. conferre lubet Hermocr. ep. II. Anth. Jac. II. p. 229. Eodem fere modo Pan, vt viatores apud ipsum recubare velint, monet adesp. CCLIX. Anth. Jac. IV. p. VII.

v. 1. Ἑρμας. Mercurium viarum praesidem credebant, vnde ipsius signa in viis constituebantur et triuiis, ex quo ipso Ενοδιος (Phan. ep. V. Anth. Jac. II. p. 54.) et *Triuius* dictus est. Vid. de ipso praeterea

ἐν τριόδοις, πολιᾶς ἔγγυθεν αἰόνος,
ἀνδράσι κεκμηῶσιν ἔχων ἄμπαυσιν ὁδοῖο·
ψυχρὸν δ' ἀχραὲς κρανα ὑποϊάχει.

Nitsch mythol. Wörterbuch p. 1355. et *Hermann Handb. d. Mythol.* I. p. 122. II. p. 171. Plurima veterum loca de Mercurio viali congessit et nonnulla non contemnenda obseruauit Otto in libel. de Diis vialibus pleror. popul. Hal. Magdeb. 1714. pag. 98. sqq. ταδ' — ἠνεμοεντα. Signum ipsum loquitur. ὀρχατον idem volunt esse cum ὀρχός. Ex Odyss. VII, 112. sponte apparet hortum esse intelligendum, id quod Schol. confirmat: ἡ ἐπιστιχον, και ἐν ταξει των ἀμπελων φυτεια ορχατος λεγεται ἡ κηπος. Multus est Wolfius in explicanda hac voce, quem, si scholiorum farraginem videre cupis, adeas. Dixit nostra ὀρχατον ἠνεμοεντα eleganter, ad loci summam amoenitatem describendam vento leniter arborum comas agitante. Mercurium hortorum custodem vid. adesp. CCXXXV. Anth. Jac. IV. p. 165. cf. Leonid. Tar. ep. LVI. Anth. Jac. I. p. 168. Phil. ep. LV. A. Jac. II. p. 210.

v. 2. πολιας — αἰονος. „Non longe a cano littore." Viuidissima imago; littus canis fluctibus percussum ipsum canescit! Supra Erinn. I, 10. πολιας θαλασσας.

v. 3. ἀμπαυσις i. q. ἀμπαυμα. Vid. supr. VII, 4.

v. 4. ψυχρον sc. ὑδωρ vt lat. *frigida*

X.

ΕΙΣ ΤΡΑΓΟΝ ΧΑΛΚΟΥΝ. *)

Si hoc, quod cum Oleario Wolfius huic epigrammati addit lemma, recte se habet **), *in aeneum hircum adfabre factum, qui eo superbire quasi videbatur, quod Nympharum una ipsius barbam saepius roseo manu demulcere soleret, Anyta hunc lusum composuit, quo, ut videtur, statuarii artem celebraret.*

---

etiam absolute ponitur. ἀχεραες i. q. ἀχεραντες, ἀχεραντος, „aqua frigida eaque intacta," h. e. „limpida, pura." ὑποϊαχειν de aqua, cum strepitu prosiliente.

---

*) Reperitur hoc ep. in Cod. Vat. p. 478. primumque editorem Olearium in diss. I. p. 11. habuit.

**) Cel. Jacobsius dubitat. Crediderim tamen, seruandum esse lemma, cum, vnde fluxerit, vix possit intelligi, ipso carmine nihil suppeditante. Myronis bouem epigrammatibus longe plurimis celebratam esse, Anthol. gr. docet: forsan simile artis opus, hircus aeneus, extitit.

Θάεο τὸν Βρομίȣ κεραὸν τράγον, ὡς ἀγερώχως
ὄμμα κατὰ λασίαν γαῦρον ἔχει γενύων,

---

v. 1. Βρομιȣ τραγον. Cel. Jacobsius: „Cur, quaeso, hircus Βρομιȣ τραγος vocatur, qui Baccho infestus est, et ad ejus aras mactatur? Equidem putarim, hanc ipsam ob causam, quod, cum vites corrumperet, Baccho immolaretur (cf. Virg. Georg. II, 380. ibique Cel. Heyn. adde Euen. ep. VII. Anth. Jac. I. p. 97.) ipsique vel hac ratione sacer esset, non incommode Βρομιȣ τραγον dici potuisse, nisi forsan artificis nomen in Βρομιȣ quaerendum esse dixeris. — ἀγερώχως, „ferociter," dicitur inprimis de animalibus. Philostr. Icon. I, 9. p. 777. pictor capras ὑποσκιρτωσας και ἀγερωχȣς γεγραφεν cf. Icon. II, 11. p. 828. Occurrit tamen et de hominibus; sic auctor epigr. adesp. CCXCVII, 3. A. J. IV. p. 181. de atrocitate in Lycurgi signo conspicua idem vocabulum adhibet; et in Homero Il. II, 654. vbi Schol. min. ἀγερωχων (Ροδιων) νυν αὐθαδων, ὑβριστων και θρασεων.

v. 2. ὀμμα γαυρον, ipse sibi placet, barbam intuens. Simili modo Archilochus fragm. IX. v. 3. A. J. I. p. 32. στρατηγον βοστρυχοισι γαυρον commemorat. Caeterum το γαυρον hircis et capris tribui Jacobsius notat ad Mucii Scaeuolae epigramma, v. 3. Commentar. ad Antho-

κυδιόων ὅτι οἱ θάμ' ἐν ὤρεσιν ἀμφὶ παρῆδα
βόστρυχον ἐς ῥοδεάν Ναῒς ἔδεκτο χέρα.

---

logiam Volum. II. P. 2. p. 275. — λασιοι vel λασιαι γεννες (vtramque enim foeminini formam occurrere satis multa exempla comprobant, e quibus laudasse suffecerit Erycii ep. III, 3. A. J. III, p. 9. Callim. h. in Dian. 76. Marian. ep. III, 9. A. J. III. p. 213. Automed. ep. II, 1. A. J. II. p. 190. Theocr. XXII, 42. quamquam Schneiderus et ante eum plures Lexicographi nonnisi priorem adducant) respondent λασιῳ στοματι supra epigr. IV, 2.

v. 3. κυδιοων pro κυδιαων, Schol. min. ad Iliad. VI, 509. γαυριων, ἐμαιρομενος. κυδ. „gloriari, superbire."

v. 4. βοστρυξ vel βοστρυχος ἀμφι παρηδα (παρηιδα) „cincinni circa maxillam s. genam — barba." — Ναϊς, Nympha; non tam respiciendum videtur ad Najades proprie sic dictas, fontium fluminumque praesides, quam in vniuersum de Nympharum vna, forsan Oreade (ἐν ουρεσι) cogitandum. ῥοδ. χερ. vid. supr. Myr. ep. II. 2. Qui gemmam, vbi Faunus hircum barba tenet, videre cupiat, monente Cel. Jacobsio Leonardum Agostin. n. 176, adeat.

XI.

ΕΙΣ ΑΛΕΚΤΟΡΑ. *)

Luget vates nostra in hoc epigrammate immemori mente gallum gallinaceum, qui mane ipsam e somno excitauerat, jam vero per insidias improbi furis, qui guttur ei infregerat, extinctus jacet.

Οὐκ ἔτι μ' ὡς τοπάρος πυκιναῖς πτε-
ρύγεσσιν ἐρέσσων

---

*) Exhibet hoc epigr. Anth. Planud. p. 266.

v. 1. Οὐκ ἔτι μ' ὡς etc. Similis fere color deprehenditur in Simm. Rhod. epigr. IV, 1, 2. Anth. Jac. I. p. 137. πυκιναις πτερυγεσσιν ἐρεσσων. ἐρεσσων κωπηλατων Suid. proprie omnino „remigare" est, Odyss. XII, 194. et sic egregie ad „auium volatum" transfertur. cf. Aeschyl. Agamemn. 52. vt et de „omni alarum motu, „qui remigando simillimus est, adhibetur vt h. l. (vid. Cel. Jacobs. et Wolf. ad h. l.) πυκιναις vero πτερυγεσσιν ἐρεσσειν est Virgilii „increpare densis alis" Georg. I, 382. vbi vid. Cel. Heyn. Nolim enim, vt supra Sapph. I, 11. de crebro alarum motu intelligere, sed potius de „densis alis corpus plangentibus," quo sensu πτερα πυκνα et

ὄρσεις ἐξ εὐνῆς, ὄρθριος ἐγρόμενος.
ἢ γάρ σ' ὑπνώοντα σίνις λαθρηδὸν ἐπελθὼν

Il. XXIII, 879. et quem locum Virgilius expressit, Arat. Phaen. 233. (et forsan etiam Il. XI, 454) occurrunt. Videndus hac in re Toupius, Epist. crit. p. 116.

v. 2. ὄρσεις. — ὄρρω το διεγείρω Moschopul. περὶ σχεδῶν p. 78. cf. Tzetz. ad Hes. Sc. Herc. p. 211. a. v. 274. — ἐγρόμενος pro ἐγειρόμενος. — Caeterum placet grata Anytes recordatio.

v. 3. σίνις· κλέπτης, κακοῦργος, λῃστής. Hesych. At quid, quaeso, furis cum gallo negotii erat? Puto ea de causa illum erga hunc infensum fuisse, quoniam vel summo mane dominam excitabat, vel cum ipse levissimum strepitum perciperet, exterritus, alarum planctu homines, somno sopitos, concitabat, ita vt hac vel illa ratione furis nefaria molimina retardaret. Vix itaque cum Cel. Schneidero in Lexic. gr. de *fele*, gallum enecante, cogitarim, quanquam non ignorem, vocem σίνις de quauis noxa vsurpari; vid. Spanh. ad Call. hymn. in Apoll. v. 92. et Valcken. ad Eur. Hipp. p. 268. C. D. quum, quid felem innuat, nihil equidem in epigrammate inuenerim. Respexit forsan V. C. Agathiae ep. LXXXV. A. J. IV. p. 35. quod conferas quaeso. — Sed mecum fa-

ἔκτεινεν, λαιμῷ ῥίμφα καθεὶς ὄνυχα.

---

cit d'Arnaud Animadverſſ. p. 233. qui bene monet, proprie σινις adjectiue poni pro *exitialis*, et ſupplendum eſſe h. l. ἀνηρ. vid. ipſum. — λαθρηδον pro λαθρα.

v. 4. ῥιμφα· ῥαδιως, ταχεως Heſych. „celeriter (priusquam aufugeret) gutturi imponens ὀνυχα." ὀνυξ eſt lat. „vnguis," et cum de animalibus (Heſ. Op. et D. 203) tum de hominibus, vt Heſiodus Triſtitiae et Parcis ὀνυχας tribuit Scut. Herc. 254. (vbi βαλλειν ὀνυχας) et 267. dicitur.

XII.

ΕΙΣ ΔΕΛΦΙΝΑ ΕΚΒΡΑΣΘΕΝΤΑ ΕΚ ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΕΝ ΤΗΙ ΧΕΡΣΩΙ. *)

Nitidos hos versus Tegeatis nostra in delphinum composuit, quem ejectum in littus per elegantem προσωποποιιαν tristem suam sortem enarrare facit. Queritur ille, quod futurum jam sit, vt non amplius ex ima maris abysso prosiliat, et picta sua in nauium proris effigie delectetur, quum, ab aequoris fluctibus in terram prouolutus, miser in arena jaceat. **)

Ουκέτι δὴ πλωτοῖς ἀναπαλλόμενος πελάγεσσιν

---

*) Extat hoc ep. in Cod. Vat. p. 239. ex quo illud edidit Zenobetti ad Meleagr. Jd. p. 10.

**) Imitatus est nostram Archias, quem, si vel, prorsus assecutum esse, quam imitandam sibi sumsit, negandum fuerit, legisse tamen juuabit. Arch. XXX. A. J. II. p. 81.

v. 1. Codex habet: Οὐκετι δη πλωτοισιν ἀγαλλομενος πελαγεσσιν. De veritate hujus lectionis, quae vix satis commodum sensum suppeditat, dubitauit Brunckius, legendumque censuit πλωτοισι ἀγ. πτερυγεσσι, de pin-

αὐχέν' ἀναῤῥίψω βυσσόθεν ὀρνύμενος,
οὐδὲ παρ' εὐσκάλμοιο νεὼς περικαλλέα χεῖλη

---

nis, quibus delphinus ludibundus exultat, et saltu ex vnda prorumpit; sed nullo satis idoneo argumento hanc conjecturam fulciuit; malui itaque ea recipere, quae Cel. Jacobsius proposuit. Sensus est: „Non amplius in vnda subsiliens collum protendam." Sic Arion in hymn. v. 7. Anth. Jac. I, p. 48. delphinos ἐλαφρὰ ἀναπαλλομενους dicit. cf. Oppian. Hal. II, 544. et 539. de Achille prae laetitia prosiliente vsurpat Hom. Il. XX, 424. nec non laetitiae notionem inuoluit. Hos delphinorum saltus Ouid. Trist. III, 10, 43. commemorat:

Tum neque se pandi possunt delphines in auras
Tollere — — — — — —

v. 2. ὀρνυμενος βυσσοθεν. Sic ὀρνυμενοι πινθοθεν Pind. Pyth. I, 126. ὀρνυμι, ὀρνυω, i. q. ὀρω vel ὀῤῥω „excito, commoveo," et ὀρνυμαι, „excitor, surgo," jam βυσσοθεν ὀρνυμενος et πλωτοις ἀναπαλλομενος πελαγεσσιν sibi respondent.

v. 3. οὐδε — ποιφυξω. ποιφυσσω Suidas interpretatur per σφοδρως και μετα ἠχου την πνοην ἐκπεμπω. cf. Euphor. in Schol. ad Nicandr. Ther. p. 13. (plura congessit Wolfius optime hoc conuenit: solent enim delphines aquam sursum per nares magna vi efflare — χειλος.

ποιφύζω, τάμα̃ τερπόμενος προτομα̃

„labrum, labium" non solum de hominibus atque animalibus, sed et per metaph. de poculis, vasis, adeoque nauibus vsurpari obvium est; exprimitur lat. „ora"; haec ora nauis distincta erat variis ornamentis; hinc περικαλλεα. — ναυς ἐυσκαλμος dicitur a σκαλμοις, „scalmis," in quibus remigia moventur et quasi saliunt (σκαιρουσιν) vid. Etymol. M.

v. 4. τάμα — προτομα Kuster. ad Suid. s. ποιφ. „Solebant veteres in proris nauium effigies vel προτομας (vid. de h. v. Salmas. ad Solin. p. 402. sqq. De Gorgonis horrido capite hac voce vsus est Antiphilus ep. XIII, 3. Anth. Jac. II. p. 157.) variorum animalium, vt delphinis, (cujus imagine praecipue vsi sunt) leonis, tauri etc. ornatus gratia collocare, vnde toti naui nomen imponebatur. Hinc Pollux I, 9. Υπερ δε το ἐμβολον δελφις ἱσταται, ὁταν ὁ ναυς δελφινοφορος ῃ. „Praeter belluas saepius hae imagines et Deos Deasque adumbrabant et monstra marina cf. Virg. Aen. V, 116. sqq. et X, 166. — Solet autem delphinus, cum, teste Plinio, homini amicum animal sit, nauium cursus sequi, et nauigantibus suis lusibus voluptatem adferre. Philipp. ep. LXXII. Anth. Jac. II. p. 215. Caeterum vid. de delphino veterum, quem Linneus pro *Manato* habendum esse censet, in Amoenn. Acadd. VII, p. 315. Schnei-

ἀλλά με πορφυρέα πόντε νοτὶς ὦσ᾽ ἐπὶ χερσὸν,
κεῖμαι δε κρο καλὰν τάνδε παρ᾽ ἠϊόνα.

---

derum ad Aelian. H. A. II, 52. p. 74. et *Camus Notes sur l'hist. des anim. d'Arist.* p. 284.

v. 5. χερσος opponitur ποντῳ. cf. Pind. Ol. XII, 5. πορφυρεα ποντε νοτις; sic Hom. Odyss. XIII, 84. κυμα πορφυρεον θαλασσης et κυματα πορφυρης αλος Simonid. IV, v. 16. Brunck in Gnom. p. 99. cf. Il. XIV, 16. ibiq. Koeppen, qui plura collegit: tempestate ingruente nigricantes maris vndas *purpureo* quodam *fulgore* splendere dicunt, ex quibus in n. l. simul maris aestuantis notio contineretur, neque enim alias Delphinus in siccum protudi poterat. Alio sensu „purpureum mare" Virg. Georg. IV, 373. ibiq. Cel. Heyn. dictum videtur.

v. 6. κειμαι — ἠϊονα, vulgo ῥαδιναν, quod minime quadrat; Cel. Iacobs. ῥανταν conjecit, sed praeferenda videtur Brunckii conjectura, cui respondet Tull. Laur. ep. II, 4. Anth. Jac. II. p. 90. vbi etiam κροκαλη ἠϊων simili nexu occurrit; sic „flauum" littus et Ouidio Metamorph. XV, 721. dicitur. — Comparandum cum vltimo disticho, aliud Antip. Thess. ep. L. 1. 2. A. J. II. p. 109.

Κυματα και τρηχυς με κλυδων ἐπι χερσον ἐσυραν
δελφινα, ξεινοις κοινον ὁραμα τυχης.

XIII. *)

Elegantissimum epigramma in Proarchum, nescio quem, qui funesto bello aetatis flore extinctus, suos quidem tristi luctu impleuit, at, cum pro patria fortiter pugnans occubuit, aeternam sibi laudem parauit.

Ἥβα μὲν σύ, Πρόαρχε, πεσὼν παίδων τε, καὶ ματρὸς

---

*) Videre est in Cod. Vat. p. 321. Primus protulit Olearius diss. l. p. 10.

v. 1. Cum Codex legeret:

Ηβα μεν συ, Προαρχε, ἐσμν παιδων τατε ματρος
Φειδια κ. τ. λ.

Olearius correxit:

Ηβα μεν συ, Προαρχε, πεσων παιδων ταγε ματρος
ϛηθεα κ. τ. λ.

quod Brunckius recepit. Recte vero Cel. Iacobsius eo offenditur, quod Proarchus, qui in pugna perierit, ἐν ἥβᾳ παιδων periisse dicatur; legendum itaque censet:

Η ῥα μενος σε, Προαρχ', ὀλεσ' ἐν δαϊ, δωμα τε ματρος
Φαιδρας ἐν δνοφερῳ κ. τ. λ.

στήθεα ἐν δρφερῷ πένθει ἔθε φθίμενος.
ἀλλὰ καλόν τοι ὕπερθεν ἔπος τόδε πέτρος ἀείδει,

ſed primum quidem μεν. σε ὀλ. ἐν δαΐ, et δωμ. ματρ. πενθ. ἐθ. aegre cohaerere videntur; deinde vero nolim virtutis Proarchi ſtatim initio mentionem injici, cum vltima tantum verba ipſam celebrent, quod epigrammatis naturae multo magis conuenit. Putarim itaque leui mutatione: τε και, (niſi τατε eodem ſenſu ferri poſſit,) lectionem reſtitui poſſe, ſingula ſic jungens: Σύ μεν, Προαρχε, ἥβα πεσων, ἐθε φθιμενος ϛηθεα παιδων τε και ματρος ἐν δνοφερω πενθει ita vt Proarchi liberi (παιδες) et horum mater, Proarchi vxor, commemorentur. Vides hac ratione ſenſum oriri longe tenerrimum. — ἥβη, „pubes, pubertas, aetas virilis," illud tempus, quo omnes animi et corporis vires ſummum perfectionis faſtigium aſſecutae ſunt, id quod a vigeſimo fere anno vsque ad quinquageſimum perdurat, aetatis flos, ἀκμη. cf. infr. Eurydic. v. 4.

v. 2. δνοφερῳ πενθει. Luctum eleganter „atrum" dicit, h. e. „triſtem, infelicem," cum lux felicitatis laetitiaeque, nox ac tenebrae infortunii et triſtitiae notionem inuoluant.

v. 3. ἀλλα — ἀειδει. Sublimis aeque ac elegans dictio! — πετρος h. e. ϛηλη. vid. ſupr. Erinn. III, 1. ἀειδει exquiſite pro ſimplici „exhibet." —

ὡς ἔθανες πρὸ φίλας μαρνάμενος πατρίδος.

τοδε ἐπος h. e. „honorificam hanc inſcriptionem." Sic καλλιϛον ἀρετης μνημα, Simonid. ep. XLI, 4. A. J. I. p. 67. eodem ſenſu. Minus illud Meleagri Carm. CXXIII. 19. το δ' ἐνομα πετρος ἀειδει Αντιπατρον, placet.

v. 4. ὡς — πατριδος, habea ipſum ἐπος. „Omnes omnium caritates patria vna complexa eſt, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturum?" Cicero de Offic. I, 17. cf. Tyrt. Eleg. I. v. 1. 2. et III. v. 27. ſqq. in Brunckii Gnom. p. 59. Simonid. ep. XVII. Anth. Jac. I. p. 64.

Ασβεϛον κλεος οἱδε φιλη περι πατριδι θεντες
κυανεος θανατου ἀμφεβαλλοντο νεφος.
Ουδε τεθνασι θανοντες, ἐπι σφ' ἀρετη καθυπερθεν
κυδαινουσ' ἀναγει δωματος ἐξ Αἰδεω.

XIV. *)

In monumentum, quod Myro deliciis suis morte consumtis, locustae et cicadae, genas lacrymis perfusa, condiderat, festiuum hoc epigramma Anyta composuit.

Ακρίδι τᾷ κατ' ἄρουραν ἀηδόνι, καὶ δρυοκοίτᾳ

*) Reperies hoc epigr. in Cod. Vat. p. 239. cum lemmate. Ανυτης, οἱ δε Λεωνιδα, vt et in Planud. p. 265. Male igitur Vrsinus, Olearius et Wolfius hoc carmen Erinnae tribuvnt seducti Plinii loco, H. N. XXXIV, 19, 3. vbi haec leguntur: „Myronem — fecisse et cicadae monumentum ac locustae, carminibus suis Erinna significat," Cum, vt recte vidit Brunckius, (v. Lectt. et Emendatt. ad Anal. p. 37.) si exinde liceret concludere, Anytes carmen, de hoc Myronis monumento agens, ob suum argumentum Erinnae deberi, eodem jure et Argentarii ep. XXIX. Anth. Jac. II. p. 249. quod simillimum nostro est, Erinnae adscribendum esset. — Caeterum conf. Leonid. Tar. ep. LXV. A. J. I. p. 171.

v. 1. Ακριδι. την ακριδα Νικανδρος (Theriac. v. 801.) μαλιϛα καλει σιτοφαγον. *Locustam* intelligunt. Videtur omnino illud animalculum innui,

τέττιγι ξυνὸν τύμβον ἔτευξε Μυρὼ,
παρθένιον στάξασα κόρα δάκρυ· δισσὰ γὰρ αὐτᾶς

---

quod, aestatis tempore, per prata aprica stridulo suo cantu aures nostras demulcet: ex quo egregie ἡ κατ᾽ ἄρουραν ἀηδὼν dicitur, vt a Meleagro ep. CXII, 2. Anth. Jac. I. p. 33. ἀρουραιη Μουσα. conf. Adesp. CCCXVI, 3. Anth. Jac. IV. p. 261. Caeterum vide Manso ad Meleagr. CVIII.

v. 2. τεττιγι. Aelian. de nat. Anim. I, 20. Οἱ δε τεττιγες κατα την ἰξυν εισι λαλιστατοι, και σιτουνται μεν της δροσου. *Cicadam orni*, vel *musicam* Linn. esse putant. Arborum ramis insidens, δρυοκοιτα, „in quercubus," assidue canit, qui cantus cum cicadarum, tum locustarum a poëtis mire celebratur cf. Il. III, 151. Hes. Sc. Herc. 393. Op. et D. 580. Anac. XLIII. ibiq. Fischer. Meleag. ep. CXI. CXII. Anth. Jac. I. pag. 33. Attulit praeterea de hoc animalculo non nulla Manso, quem vide ad Meleagri Carm. CVII. τύμβος „tumulus" erat, in quo monumenta sepulcralia erigebantur. Iliad. XIII, 371. h. l. ipsum „monumentum" esse videtur, vnde Argentarius σημα habet, de quo vid. infr. XIX, 1. Caeterum similes lusus videre est ap. Ouid. Amor. II, 6. Catul. III. et Martial. VII. XIV. —

v. 3. παρθενιον σταξασα δακρυ. στα-

παίγνια δυσπειθὴς ᾆχετ' ἔχων Ἀΐδας.

ζειν, „ſtillare," intranſ. et act. vt h. l. ſic Eurip. Iphig. in Aul. v. 1467. Horat. d. Art. poët. v. 429.

— — — — — *ſtillabat amicis ex oculis rorem*; — — — —

ornat. epith. παρθενιος, et tenerrimum ſenſum ſpirat.

διεσα — παιγνι' mire reſpondent *luſibus* ac *deliciis* Martial. l. l. (Bene de h. v. monuit Reiske in Miſcell. Lipſ. Nou. Vol. IX. p. 470. in nott.) ſic et Meleag. CIII, 7. Anth. Jac. I. p. 30.

η νεος αλλος Ερως, νεα παιγνια.

Quemadmodum vero Cicadarum cantus Graecis arriſit, ita et e noſtratibus nonnullis maximopere probatur. Bechſteinius enim „teſtis hac in re fide dignus, in *Naturgeſchichte der Stubenthiere* Bd. II. p. 287. ſq. de cicada (*dem ganz grünen Grashüpfer*) haec tradit: *Wegen ihres Gezirpes ſteckt man ſie in einigen Gegenden von Niederſachſen, beſonders um Hamburg, in papierne Käſige, nährt ſie mit geſchabten Mohrrüben und Birnen, hängt ſie in einen dunkeln Ort, und ergözt ſich an ihrem einfach modulirten Geſange.*

v. 4. Ἀΐδας δυσπειθης. Hades, ipſe infernorum regnorum tyrannus, νηλεες ητορ εχων, Heſ. Theog. 456.

vnde a nostra δυσπειθης, quem Ammonius eum dici ait, ὀς δυσχερως παραδεχει τον πιςον λογον, audit, vt et alias ipsius rigorem, qui nec precibus nec lacrymis flectitur, poëtae commemorant. Iliad. IX, 158. Bion. Id. IX, 3. Virg. Georg. IV, 469. sqq. Horat. Carm. II, 3, 24. II, 14, 6. Simili modo Hermesianax Eleg. v. 3. Orcum

— — — — κακον και ἀπειθεα χωρον

dicit. — ὠχετ' ἐχων. Cum hac sua praeda abiisse a poëtria fingitur Pluto, cum alias Mercurio munus hoc, animas ad Orcum deducendi, tribuatur (Odyss. XXIV. in init.) quod quo viuidius rem exprimit, eo elegantius est. Conferre possis Horat. Carm. II, 4, 13. Eleganter nostrum carmen Hugo Grotius, Erinnae quidem tribuens (ap. Wolf. p. 10. n. 3.) sic vertit:

Laeta cicada comis, locustaque ruris aëdon,
Hunc vobis tumulum ponit vtrique Myro.
Tristitiam flectu virgo testata, quod illi
Mors pariter lusus abstulit atra duos.

XV.

ΕΙΣ ΙΠΠΟΝ ΠΟΛΕΜΙΣΤΗΡΙΟΝ ΔΑΜΙΔΟΣ. *)

Inscriptio monumenti, quod Damis, nescio quis, equo, quo in certamine vsus erat, cum ibidem animam exhalasset, grata mente posuit **).

Μνᾶμα τόδε φθιμένȣ μενεδαΐȣ εἵσατο Δᾶμις
ἵππȣ, ἐπεὶ ςέρνον τȣ̃δε δαφοινὸς Ἄρης

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 237. et in Anth. Planud. p. 205.

**) Excitat ad hoc epigr. Cel. Jacobs. Diod. Sic. T. I. p. 607. 70. vbi is Agrigentinorum luxuriam perstringit, et haec addit: ἐν τῃ πολυτελειᾳ των μνημειων, ἁτινα μεν ἀθληταις ἱπποις κατεσκευασαν, τινα δε και τοις παρθενων και παιδων ἐν οικῳ τρεφομενοις ὀρνιθαρειοις. Possis superius epigramma et infra XXII. huc referre.

v. 1—2. Μναμα — ἱππȣ. Fuere, qui μενεδαΐȣ pro nomine proprio equi acciperent, vt Planud. interpr. Vrsinus, probante adeo Brunckio, sed vereor, vt satis commode fecerint, cum et lemma, quod praefixum legitur in Cod.

τύψε· μέλαν δὲ οἱ αἷμα ταλαυρίνε
διὰ χρωτὸς

Vat. εἰς ἵππον πολεμιςήριον Δαμίδος adjectiue interpretandum esse, innuere videatur. μενεδαΐος· ἀπὸ τε μένειν τὸν δήϊον, cf. Iliad. XII, 248. „patiens belli" egregie equus bellatoris dici poterat, sic Virg. equum „arduum bellatorem" dicit Georg. II, 145. Αρης, sub cujus persona fera belli fortitudo adumbrabatur, recte δαφοινος audit, h. e. λιαν φοινιος, μελας, δοινος, ποικιλος, ἐρυθρος, πυῤῥος. Hesych. vt in Orph. h. LXIV, 3. 4.

φονοις πεπαλαγμενος αἰεὶ
Αιματι ἀνδροφονῳ χαιρων.

Plura de h. v. congessit Wolf. ad h. l. —

v. 3. τυπτειν de vulneribus infligendis quouis instrumento dici, in vulgus constat. — ἐπι ςερνον pr. ςηθος. μενοντος δηλονοτι και μη φυγοντος μαχην.

ταλαυρινε δια χρωτος. De v. ταλαυρινος haec Wolfius affert: ὁ ταλανα ῥινον, ἡγεν ὁ καρτερικον δερμα ἐχων, hinc ταλαυρινος, ὑπομνητικος, καρτερικος ἐν τῃ μαχῃ cf. Schol. Aristoph. ad Acharn. v. 962. et in vniuersum εὐτολμος, ἰσχυρος, quo sensu ap. Homer. Il. V, 289. et al. loc. Mars ταλαυρινος dicitur. v. Eusthath. ad h. l. Satius erit h. l. primam significationem tenuisse, praesertim cum equis καρτερον δερμα competat.

ζέσσ', ἐπὶ δ' ἀυαλέαν βῶλον ἔδευσε φόνῳ.

---

v. 4. ζεσσ'. ζειν proprie de „aqua ferventi et ebullienti" vsurpatur cf. Homer. Iliad. XXII, 361. 65. et quidem, vt Eustathius ad h. l. obseruat: κατα τινα μιμησιν ἠχȣ. Hinc egregie transfertur ad sanguinem, qui quasi fervens e vulnere prorumpit. — ἐπι δ' ἀργαλεαν βωλον sic vulgaris lectio, quam lubens tuitus essem, modo constaret, ἀργαλ. „operosus, molestus," idem esse ac „tristis," (quo sensu Wolfius accepit) ita vt terra ob caedes et sanguinem profusum tristis cogitari possit; sed timeo, vt haec firmari possint; praetulerim igitur Cel. Iacobsii conjecturam, qui ad exemplum Euripidis Phoeniss. 1163.

ξηραν δ' ἐδευον γαιαν αἱματος ῥοαις,

corrigit ἀυαλεαν, quod et verbo δευειν, „irrigare," melius respondere videtur; Virg. Aen. XII, 690.

— — — — — — — fuso
sanguine terra madet — — —.

μελαν αἱμα est „ater sanguis" vt centies.

XVI.

ΕΙΣ ΚΟΡΗΝ ΤΙΝΑ ΠΑΡΘΕΝΟΝ ΤΕΛΕΥΤΗΣΑΣΑΝ. *)

Spectat querulum hoc epigramma Therſidem, vnam, vt videtur, e noſtrae ſodalibus, quae, quo tempore thalamum inter nuptialia carmina conſcendere debuiſſet, eodem e viuis diſceſſit, et cujus in ſepulcro mater ipſius filiae imaginem poſuit. Triſtem hanc amicae ſortem in hac monumenti inſcriptione Tegeatis noſtra refert, et, vltimo velut officio perfungens, ſaluere eam jubet **).

Αντί τοι ἐυλεχέος θαλάμε, σεμνῶν
θ᾽ ὑμεναίων

---

*) Extat in Cod. Vat. p. 309. cum lemmate: Ανυτης μελοποιȣ εἰς κ. τ. λ. in Planud. p. 263. ſine auctoris nomine.

**) Poſſis conferre Sapph. XVIII. et quae ibi ſimilia laudauimus.

v. 1. Αντι — ὑμεναιων. „Pro eo, quod thalamum nuptialem tibi poneret mater, defunctae imaginem in tumulo poſuit.“ Ornate haec pro ſimplici: „Nubilis virgo innupta periiſti.“ — θαλαμ. ἐυλεχ. „thalamus fauſtus, felix,“ a quo ſterilitatis nota abeſt. λεχος enim Heſychius interpretatur per κοιτη, κλινη, γα-

μάτηρ ϛῆσε τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ
παρθενικὰν, μέτρον τε τε ὸν καὶ κάλλος ἐχοῖσαν.

μος, μιξις, συνϐσια, γυνη. Et λεχω est puerpera; ita vt etiam λοχευειν et λοχευεσθαι de partu promouendo edendoque dicitur. Idem ergo denotaret ac ευλεκτρος Soph. Antig. 796. Trach. 515. Aliam haec verba interpretandi rationem iniit Ilgen V. Cl. ad Leonid. Tar. ep. in Ven. Anadyom. in Opusc. philos. T. I. p. 24. qui „thalamus ευλεχης, inquit, est lecto puerperae bene ornatus cui decus praebet." Hinc θαλαμος ευλεχης simpliciter thalamum pulchrum indicaret. — ὑμεναιοι carmina in laudem ac honorem Hymenaei, nuptiarum praesidis, decantata; vid. Erinn. IV, 6. σεμνοι dicuntur vel relate ad Deum Hymenaeum, vel ad festos nuptiarum dies.

v. 2. ταφω — μαρμαρινω, quasi δεικτικως; de ξεςοις ταφοις cf. supr. Er. III, 1.

v. 3. παρθενικαν, „virginis statuam." — μετρον — εχοισαν Bene Cel. Iacobs.: „ejusdem staturae et pulchritudinis," vt εικονα ισομετρητον Plat. Phaed. p. 235. E. Hujus generis statuae, quae hominibus, quorum speciem referebant, pares erant, *Iconicae* dicebantur conf. Plin. H. N. XXXIV, 9. ed. Hard. T. II. p. 642. quem vide, et Sueton. Calig. XXII. majores vero statuae *Augustarum* nomine ve-

Θέρσι' ποτιφθέγκτα δ' ἔπλεο καὶ φθιμένα.

---

niebant, cum longe maximae *Colossae* appellarentur. Inprimis vero honorificum erat, si cui simulacrum iconicum positum fuerat, vnde et, teste Plinio, non nisi iis, qui ter in Olympicis victores discesserant, iconicae statuae dicabantur, cum alias cuilibet, qui semel superauerat, simulacra alius generis ponerentur.

v. 4. ποτιφθεγκτα — φθιμενα Antiquum veteres duxisse hoc, vt defunctos, ad ipsorum sepulcra delati, saluere juberent, ad Noss. XII. obseruavimus. Nostra quoque Thersidem hac inscriptione, quamuis mortuam „salutatam" cupit ποτιφθ. sic Leon. Tar. LXXXIII. A. J. I. p. 176.

Την ολιγην βωλον, και τετ' ολιγηριον, ω' νερ', σημα ποτιφθεγξαι τλαμονος Αλκιμενευς κ. τ. λ.

ἔπλεο vt Iliad. I, 418. ion. pro. ἐπελεσο.

XVII.

ΕΙΣ ΤΑΣ Γ ΠΑΡΘΕΝΟΥΣ ΜΙΛΗΣΙΑΣ ΤΑΣ ΥΠΟ ΓΑΛΑΤΩΝ ΒΙΑΣΘΕΙΣΑΣ. *)

Tres Milesiae virgines, animi nobilitate conspicuae, hoc in ipsas epigrammate patriae vltimum quasi vale dicunt, et pie rationes reddunt, cur, Gallorum patriam vastantium superbiam pertaesae, cum in haec funesta tempora reseruatas se vidissent, ipsae manus sibi intulerint, vt, improborum libidinem effugientes, in Ditis inanibus regnis tutae ab ipsorum violentia degerent. **)

---

*) Exhibet praestans hoc epigramma Cod. Vat. p. 285. cum lemmate nostro. Ανυτης της Μιτυλ. κ. τ. λ. (vid. Vit. Anyt.) Anytaeque vindicat, reticente Planudea p. 263. auctoris nomen.

**) Idem facinus, variatis quidem non nullis, commemorat Hieronymus lib. I. adu. Iouinian. p. 186. „Quis valeat silentio praeterire septem virgines Milesias, quae, Gallorum impetu cuncta vastante, ne quid indecens ab hostibus sustinerent, turpitudinem morte fugerunt: exemplum sui cunctis virginibus relinquentes, honestis mentibus magis pudicitiam curae

Ὠιχόμεθ᾽, ὦ Μίλητε, φίλη πατρὶ,
τὰν ἀθέμισον

---

esse quam vitam." Contigit autem Gallorum in Graeciam inuasio circa Ol. CXXV. Callimachi temporibus, qui praeclare ejus mentionem injecit in hymn. in Apoll. v. 171 — 188. cum, vt Justinus XXIV, 4. refert, abundante multitudine, eos non caperent terrae, quae genuissent, ita vt trecenta millia hominum ad sedes nouas quaerendas mitterentur, quorum magna pars hortante ipsos successu Graeciam petiit, ibique armata manu crudelius in miseros saeuiit, donec victo ad Delphici Apollinis templum agmine Brennus dux ipse mortem sibi consciuit, et totus Gallorum exercitus a Graecis confectus ac fere extinctus est.

Caeterum de hac Gallorum irruptione cf. Diod. Sic. Ecl. L. XXII. n. XIII. p. 497. ed. Wess. Pausan. X. p. 647. sqq. Liu. XXXVIII, 16. Justin. XXIV, 4. et sqq. et Spanhem. ad Callim. l. l.

v. 1. Ὠιχομεθ᾽ — πατρι. Miletus erat vrbs celeberrima Joniae a conditore suo Mileto, Apollinis ac Dejonis filio Ouid. Met. IX, 43. Pausan. VII, 2. sic denominata. Videtur haec vrbs inprimis a Gallis irruentibus vexata esse, certe hanc incursionem plerumque, vt Cel. Jacobs. obseruauit, fabulae Milesiacae pertractasse inueniuntur. — οἰχεσθαι i. q. ἀπελθειν, et ἐκ τȣ βιȣ ἀπελθειν, vt lat. „discedere (e viuis)", quo sensu

τῶν ἀνόμων Γαλατᾶν ὕβριν ἀναινόμεναι,

Odyss. XIV, 144. occurrit. Miram autem vim ad affectum commouendum hoc orationis ad patriam dilectam initium et ipsa h. v. habet. (Primam vocis, eundi dico, notionem supra Sapph. frag. IX. 1. vidimus.) ταν ἀθεμιστον — ἀναινόμεναν. ὕβρις inprimis dicitur de „violentia viribus praeualentibus conjuncta," ita vt commode ad milites victoria elatos et cuncta depopulantes transferatur; simil. Hom. Odyss. XIV, 262. hinc et ἀθεμιστος. — Γαλατας serius Gallos dictos esse, cum prius Κελτοι dicerentur, Pausanias, L. I. p. 6. auctor est; vsus tamen hoc nomine jam Callimachus est hymn. in Del. v. 184. quem locum Spanhemius antiquissimum putat, vbi haec vox occurrat; vereor tamen, ne noster eum paulo superet, aequet certe. Dicuntur ἀνομοι ob feram ipsius a natura indolem belli crudelitate imbutam et ita auctam, vt nulla jura legesue revererentur; quae eadem ἀφρονι φυλω, quod Callim. l. l. Gallos dicit, subesse videntur, apud quem eundem adeo v. 174.

Οψιγονοι τιτηνες ἀφ' ἑσπερε ἐσχατοωντος

et *immanissimi* ap. Flor. III, 10. dicuntur.

παρθενικαὶ τρισσαὶ πολιήτιδες
ἃς ὁ βίαιος
Κελτῶν εἰς ταύτην μοῖραν ἔτρεψεν
Ἄρης.
οὐ γὰρ ἐμείναμεν αἷμα τὸ δυσσεβὲς.
οὐδ' Ὑμέναιον

---

v. 3. παρθενι-και — πολιήτιδες πολιητις i. q. πολιτις Apoll. Rhod. Argon. Γ, 867. ὀνοσσομενοι πολιητιδας. βιαιος Κελτων Αρης, sic Callim. l. l. p. 172. Βαρβαρικην και Κελτον — Αρηα — memorat. βιαιος, „crudelis," βια enim fere ὑβρις respondet. Αρης ετρ. αυτ. εις ταυτ. μοιρ. Paulo insolentius haec dicta, egregie tamen huic loco conueniunt. Ipse crudelis Gallorum Mars infelices in hanc cladem ineuitabilem, ad omnem crudelitatem in ipsis exercendam, seruasse et quasi educasse videtur.

v. 5. ου γαρ — δυσσεβες. Seruaui lectionem vulgarem, quae grauiorem sensum, quam Iacobsii V. C. αμμα praebere videtur αιμα omnino dicitur de consanguinitate. „Aristot. pol. II. ὁ μεν γαρ υἱον αυτου, ὁ δε αδελφον αυτου προσαγορευει, ἡ κατ' αλλην τινα συγγενειαν, ἡ προς αἱματος ἡ κατ' οικειοτατα και κηδειαν. cf. Odyss. XVI, 300, putarim itaque, Brodaei interpretationem, vt „congressus" sit in-

νυμφίον, ἀλλ' Αΐδην κηδεμόν' εὑρόμεθα.

---

telligendus, etiam ferri posse, δυσσεβὲς autem αἷμα Gallorum erat, quod et barbarae gentes et immanissimi patriae hostes illi essent.— Ὑμεναιος 'νυμφιος, perpet. epith. Hymenaei satis aptum; bene autem Hymenaei mentio fit respectu Plutonis, ita vt oppositio oriatur grauissima. Hades dicitur v. 4. κηδεμων, h. e. „tutor, procurator," nam κηδεμων, est qui κῦδος ἔχει alicujus rei. cf. Simm. Rhod. III, 4. Anth. Jac. I. p. 137. Grauiter animum percellit haec virginum oratio, quae Plutonem, rigidum tyrannum, tutorem ac defensorem nactas se esse profitentur. Idem color inuenitur in Phalar. Epist. 107. p. 309. σωματος μεν γαρ ἀῤῥωστιαν θεραπευει τεχνη' ψυψης δε νοσον ἰατρος ἰαται θανατος. collatis iis locis, quae Iacobs. ad Leonid. Tar. ep. XCIX. comparauit, et Motanabbi Carm. CLIX, 26. in Reiske *Proben der arab. Dichtkunst* p. p. 83.

XVIII. *)

Erata patrem, cujus amplexibus lacrymans haeret, valere jubet, cum breui futurum sit, vt atra mors moribundae lumina in aeternum occludat. Venustas hujus epigrammatis magis sentiri quam describi potest.

Λοίσθια δὴ τάδε πατρὶ φίλῳ, περὶ
χεῖρε βαλῦσα,
εἶπ' Ἐρατώ, χλωροῖς δάκρυσι λει-
βομένα·

---

*) Exhibet hoc epigr. Cod. Vat. p. 309. et Planud. p. 288. a. V. 1—2. Λοισθία — λειβόμενα. Non possum non ex Simm. Rhod. ep. III. Anth. Jac. I. p. 137. prius distichon, quod totum parallelum est, transscribere:

Υςατα δη ταδ᾽ ειπε φιλαν ποτι ματερα Γοργω
δακρυοεσσα, δερης χερσιν εφαπτομενα.

λοισθια — φιλω Schol. Eurip. ad Orest. 516, το λοισθιον· το εσχατον, το αφ᾽ ετερε εις ετερον μεταβαινον. Lucian. Tragop. Tom.

ὦ πάτερ, ἔ τοι ἔτ' εἰμὶ, μέλαν δ' ἐμὸν ὄμμα καλύπτει

II. p. 818. Καὶ λοισθια θνησκοντος ἐντολη πατρος. — περι χειρε βαλεσα. Aeschyl. Agamemn. 1569.

θυγατηρ, ὡς χρη,
πατερ' ἀντιασασα, προς ὠκυποgον
πορθμευμ' ἀχεων
περι χειρα βαλεσα φιλησει.

cf. Hom. Odyss. XI, 209. 210. ib. Clark.

χλωροις δακρυδι λειβομένα. χλωρον de „pallido corporis colore" dici supra ad Sapph. II, 14. obseruaui; δακρυα dicuntur χλωρα, cf. Dioscorid. ep. XXIV, 4. Anth. Jac. I. p. 250. Eurip. Med. 906. quia genae lacrymis pallescunt, vt timor χλωρον δεος dicitur Hom. Il. VII, 479. vbi Schol. min. χλωρον ἀντι τȣ χλωροποιον. λειβεσθαι δακρυσι est" tantam lacrymarum vim profundere, vt ipse diffluere videaris. „conf. Aristoph. Equit. 326. Eurip. Phoen. 1534. Hegesi. ep. V, 3. A. J. I. p. 188. dicitur et λειβειν — δακρυα.

v. 3 — 4. μελαν — θανατος. Similiter ap. Virg. Georg. IV, 495. Eurydice iterum in Orcum reuocata:

En, inquit, *iterum crudelia retro*
Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.

κυανεος θανατος. Simonid. ep. XXVII, 2. Anth. Jac. I. p. 64. κυανεον θανατȣ νεφος.

ἤδη ἀποφθιμένης κυάνεος θάνατος.

---

cf. Theogn. 527. Br. Gn. p. 22. et Sapph. XVIII, 2. — μέλαν ὄμμα. Egregie! Jam jam tenebris occlusum. Viuidis coloribus expressit Ouidius, vel quisquis fuerit, in praestantissima Elegia ad Liuiam Augustam v. 93. *Lumina caerulea jamjam natantia morte.* θανατ. καλ. cf. Il. V, 553. θανατος recte κυανεος audit h. e. μελας, σκοτινος. Hesych. cf. Eustath. ad Il. p. 87. 32. (plura vid. ap. Wolf. d. h. v.) Tibull. I, 1, 70.

„tenebris mors adoperta caput"

vt omnia ad Orcum pertinentia atra et lurida sonant. Dubitat Cel. Jacobs. hoc carmen absolutum esse, quod profecto miror, cum, quid tandem desideret, nesciam. Jam vero elegantissimum Herderi versionem (*zerstr. Bl. B.* I. p. 39.) lectori non inuidebo:

Liebend blickte die sterbende Tochter den stummen Vater
an und drückt' ihm die Hand: „Vater, ich bin nicht mehr!"
Sprach sie; zarte Thränen bedeckten ihr brechendes Auge,
und den weinenden Blick schloss die umhüllende Nacht.

XIX. *)

Tenerrimos sensus et hoc epigramma spirat: Clino mater Philaenidis filiae tumulum lacrymis vrget, querula voce inuocat, vtque redire velint precatur manes defunctae, quae ante sacros Hymenaeos, justumque vitae spatium nondum permensa, triste Acherontis flumen trajecerat. Nulla commendatione praestans hoc epigramma eget.

Πολλάκι τῷδ' ὀλοφυδνὰ κόρας ἐπὶ σάματι Κλεινὼ
μάτηρ ὠκυμόρου παῖδ' ἐβόασε φίλαν,

---

*) Reperitur in Cod. Vat. p. 257. in margine et in contextu p. 284. in Planud. vero p. 288a. Male Vrsinus, Huetium secutus, cum hoc epigr. aliud (Pers. VI. Anth. Jac. II. pag. quod conferas) conjunxit. Vtrumque integerrimum est.

v. 1. Ολοφυδνα κλεινω ματηρ. Hesych. ὀλοφυδνόν· ὀλοφυρτικόν, λυπηρόν, θρηνητικόν, ὀδυρτικόν. Iliad. V, 683. ὀλοφυδνὸν ἔπος. — ἐπι σαματι. σημα idem est quod χωμα, „tumulus e terra aggestus." conf. Iliad. VI, 419. Hes. Scut. Herc. 477. vid. Erinn. III, 1.

v. 2. ματηρ — Φιλαινιδ: Recte mo-

ψυχὰν ἀγκαλέουσα Φιλαινίδος, ἃ πρὸ γάμοιο.

---

nuit Cel. Iacobsius, Wolfium perperam huic loco ψυχαγωγίας notionem inferre; nec tamen, cum ipso, de solenni illo veterum ritu, quo manes defunctorum, simulac sepulchrum exstructum esset, vel adeo tum, cum ossa candida legerent, cineresque conderent, ter magna voce inuocabant, quod *conclamare* dixere (vid. Odyss. IX, 65. ibique Clark. Virg. Aen. III, 67, VI, 505. Tibull. III, 2, 15.) cogitandum putem, cum hac ratione non solum το πολλακι aperte redundet, sed et magna pars venustatis intereat. Sensus multo tenerior euadit, si matrem tibi finxeris saepius, sepulcro filiae insidentem, ipsam flevisse et tristi voce frustra ad superas auras reuocasse, quam si sacrum illum ritum intellexeris, vbi non tam amor in defunctos sed consuetudo praeualebat. Ad iteratas illas vita superstitum ad carissimorum suorum sepulcra querelas praestantissima illa Propertii Eleg. 11. Libr. IV. respicit, et epigr. adesp. DCXLVI. Anth. Jac. IV. p. 253. conf. Mnasalc. ep. XVIII. Anth. Jac. I. p. 127. et Jacobs. ad h. l. Neque non laudandus Ebn Arabshah, Arabum poëta, ap. Jones. de poës. Asiat. ed. Lips. p. 263. κόρας ὠκύμορου. Sic Iliad. XVIII, 95. Antip. Sidon. ep. I, 1. Anth. Jac. II. p. 5. Julian. Aeg. ep. LII, 3. Anth. Jac. III. p. 206. Schol. min. ad

χλωρὸν ὑπὲρ ποταμȣ̃ χεῦμ' Αχέροντος ἔβα.

Il. I. 417, p[illegible] ταχυθανατος interpretatur.

v. 3. ψυχαν αγκαλεȣσα pro ἀνακαλεȣσα, „manes inuocans;" vt ψυχαι et *animae* saepius occurrunt.

v. 4. χλωρον — ἔβα. Viuide descripta! Theocr. Id. I, 140.

— — χὠ Δαφνις ἔβα ῥοον, ἐκλισε δινα
τον Μȣσαις φιλον ἀνδρα, τον ȣ̓ Νυμφαισιν ἀπεχϑη.

χλωρον χευμα Αχεροντος. Res infernae, vt diximus supra, cunctae sunt „luridae et pallidae;" hinc et fluuii infernas regiones perstrepentes, sic *pallentes vndae* Tibull. III, 5. 21. conf. locum graphice expressum III, 3, 37. 38. et III, 1. 28. ibique Broukhus. Nitida Herderi versio (*zerstr. Bl.* II. p. 45.) ita habet:

Oft liegt über dem Grabe der Tochter die trauernde Mutter,
weint und rufet den Geist ihrer Philänis herauf:
Liebe Tochter, du giengst so früh' und eh' ich dein Brautbett
schmückte, zum gelben Strom unter die Schatten hinab.

XX. *)

In Orco idem omnibus honos, eadem auctoritas: Manes seruus ibi non inferior est Dario, Persarum rege. — Vera et grauis vox!

Μάνης ὗτος ἀνὴρ ἦν ζῶν ποτε· νῦν δὲ τεθνηκὼς
ἶσον Δαρείῳ τῷ μεγάλῳ δύναται.

---

*) Cod. Vat. in quo p. 292. hoc ep. legitur, Anytae asserit, cum Planud. inter adespota illud referat p. 236.

v. 1. Μανης Cel. Iacobs. „Nomen Μανης seruis proprium." Aperte hoc confirmat locus Musonii apud Stobaeum Serm. XVII, p. 174. Gesn. vbi Μανης et δȣλος inter se permutantur, sibique respondent, cf. ibid. Serm. XCV. p. 522. Eodem modo, vt serui nomen sit, adesp. DCLXXVI, 5. Anth. Jac. IV. p. 261. occurrit.

v. 2. ἰσον δυναται, „aeque valet ac etc. eandem auctoritatem habet;" sic Aelian. V. H. XII, 10. Αιγινηται ποτε ἐδυνηθησαν τα μεγιϛα ἐν τοις Ελλησιν. cf. IX, 16. vt et de valore nummorum etc. vsurpatur, ibid. 1, 22. Xenoph. Anab. I, 5, 6.

Δαρειῳ μεγαλῳ. Vel ex Brissonio de Persar. imper. notum, Persarum regem „magnum" esse dictum,

XXI. *).

Deplorat vates in hoc epigrammate Antibiam virginem, quae ob insigne ingenium celebris et venustatem summam a multis procis petita fuerat, cum tristis Parca dulcem, quam quisque conceperat, spem subuerteret.

Παρθένον Αντιβίαν κατοδύρομαι, ἇς
ἐπι πολλοὶ

---

adeoq. Regem κατ' ἐξοχὴν et regem regum. Darium Codomannum, vltimum Persarum regem, qui, ab Alexandro victus, mox in fuga occisus est, cujus quidem memoria Anytes menti inprimis obversari debebat, intelligendum censeo. — Bene autem Anyte tantum regem cum vili seruo comparat; similiter M. Antoninus, quem Jacobs. laudat L. VI, 24. p. 184. Αλεξανδρος ὁ Μακεδων και ὀρεοκομος αὐτȣ ἀποθανοντες ibi Gatacker. Egregie eandem cum nostra sententiam autor Iobeidos Rapf. II. ex descript. doct. Ilgen. (inpr. C. III. 13—20) quibuscum conferre juuabit Senec. Ep. 20. ad Marc., expressit, nec silentio praetermittendus Lucret. III. v. 1047. 48.

---

*) Reperitur in Cod. Vat. p. 165. in Planud. p. 263.

v. 1. Παρθενον — κατοδυρομαι, i. q. simpl. ὀδυρομαι, „la-

νυμφίοι ἱέμενοι πατρὸς ἵκοντο δόμον,
κάλλευς καὶ πινυτᾶτος ἀνὰ κλέος. ἀλλ᾽ ἐπὶ πάντων

---

mentor, ploro, gemo." cf. Iliad. II, 290. XXIV, 714.

v. 2. νυμφιοι ἱεμενοι sunt „proci cupidi," ἱεμαι enim med. ab ἱημι, mitto, pro quo et ἀφιεμαι, idem est ac ὀρεγομαι.

v. 3. καλλευς — κλεος, ob „venustatis et prudentiae famam." πινυτην, quod cum πινυτητι conuenit, Schol. min. ad Hom. Il. VII, 289 per σωφρωσυνην, φρωνησιν explicat. Odyss. XI, 444. Penelope λιην πινυτη dicitur, vbi vid. Schol. plura Wolf. ad h. v. dedit.

ἀλλ᾽ — προσω. „Omnium (παντων scil. νυμφιων) spes et exspectationes Parca, h. e. supremum fatum subvertit prius." Μοιρα ὀλομενη. Summum fatum, a quo mala omnis generis ipsaque mors immittuntur; cf. quae ad Erinn. I. adnotauimus; hinc οὐλομενη, „perniciosa," vt Mars vulneratus ac ira feruens Mineruam Iliad. V, 876. dicit

Οὐλομενην, ᾗτ᾽ αἰεν ἀησυλα ἐργα μεμηλεν.

Agath. ep. XXXIX, 9. Anth. Jac. IV. p. 17. ἀδικον Μοιραν et Bianor. XIX, 3. Anth. Jac. II. p. 146. φθονερην dixit, cf. Erinn. IV, 3. — ἐκυλισσε ἐλπιδας. κυλιειν κυλινδειν, et ἐπικυλιειν, „voluere, volutare," ἀπο των ἀνω ἐπι τα κατωτερω hinc de rotis curruum occurrit ap. Anacr. IV, 8. viuidissima igitur imago subest, si Μοιρα ἐλπιδας ἐπικυλιειν dici-

ἐλπίδας. ἑλομένα Μοιρ' ἐκύλισσε
πρόσω.

---

tur, „voluendo et euertendo diruere;" similiter Hegesipp. ep. VI. Anth. Jac. I. p. 188.

ἑλομενη σκοτομαινα
βρωμος τε δεινος ἠνεμωμενης ἁλος
— — νη ἐκυλισσαν — — — —

cf. Phil. LXII, 6. Anth. Jac. II, 212. — προσω colorem viuidiorem reddit: prius quam virgo hymenaeos pateretur. Simile quid expressit Parmenion. ep. XIII, 3. 4. A. J. II. p. 187.

Εις — γους Υμεναιος ἐπαυσατο· τας δε γαμουντων
Ελπιδας ὁ θαλαμος κοιμισεν, ἀλλα ταφος.

XXII.

In sepulcrum Maerae, canis dilectae, quae letifero viperae morsu juxta siluam perierat, hanc nostra inscriptionem, qua, honorifica ejus mentione facta, lugubre fatum exponit, memori mente dedit **).

Ωλεο δήποτε, Μαῖρα, πολύριζον
παρὰ θάμνον,
Λοκρὶ, φιλοφθόγγων ὠκυτάτη
σκυλάκων,

---

*) Pollux Onom. V, 5. p. 505. his verbis hoc epigramma nobis reliquit: ἡ Τεγεατις Ανυτη Λοκριδα δοξης ἐμπεπληκεν, ἐφ᾽ ἡς τῳ ταφῳ φερεσ᾽ ἐπεγραψεν· Ωλεο δηποτε κ. τ. λ.

**) Non dissimiles in simili causa poëtarum lusus vid. adespot. DCCLV. et DCCLVI. Anth. Jac. IV. p. 285. Antip. Sid. LXIV. Anth. Jac. II. pag. 23. Philipp. XXXIV. Anth. Jac. II. pag. 205. et LXXII. ibid. p. 215.

v. 1 — 2. Ωλεο — Λοκρι. „Periisti tandem" etc. saepius forsan illi haec mors impenderat. — Quum in vetusto Cod. μαια πολυρ. legeret Brunckius, Μαιρα correxit, vt hoc sit canis nomen, quo ipso et προκυων, *canis minusculus* insignitur. Hesych. Μαιρα· κυων, το αϛρον. conf. Herm. *H. d. M.* III. p. 844.

τοῖον ἐλαφρίζοντι τεῷ ἐγκάτθετο
κώλῳ

---

jam Λοκρι est nomen gentile, et videntur inprimis canes Locrensium celebres fuisse. Xen. Cyneg. X, 1. ipsos ad apros venandos idoneos esse auctor est. — πολυῤῥιζόν — θαμνον, vel vt Brunckius mauult πολυριζον more veterum. θαμνοι καλευνται οἱ συμφυτοι και ὑλωδεις τοποι. Schol. min. ad Il. XXII, 191. cf. Odyss. VI, 126. 28. bene autem huj. gen. fruticetum πολυριζον (a πολυς et ῥιζα) nostra dixit (Hom. Iliad. XVII, 677. θαμνον ἀμφικομον habet). Praeterea solet in his deuiis arbustis, inter radices perplexas, viperarum anguiumque pestiferum genus latere. Theocr. VII, 22. Virg. Ecl. II, 9. Miram profecto horum verborum versionem exhibuit Wolfius, ne dicam sensu destitutam, quippe qui de λυριζειν cogitauit. — φιλοφθογγων — σκυλακων· σκυλακες, de catulis. cf. Noss. IX, 3. φιλοφθογγοι, h. e. „latratus amantes;" verum, et ex ipsa rerum natura petitum epitheton.

v. 3-4. τοιον — ἐχις. ἐχις, „vipera," eaque diuersa ab ἐχιδνα, maximeque lethifera; cf. Ael. de nat. Anim. X, 9. — ποικιλοδειρος, „vario collo vipera;" ἀηδον ποικιλοδ. Hes. O. et D. 201. male Wolf. huc transfert; cf. Schol. ad Arist. Au. 671. 1410. Virg. Georg. IV, 13. „picti squalentia terga lacerti."

ἰὸν ἀμείλικτον ποικιλόδειρος ἔχις.

Inprimis verſicolores viperae noxiae putabantur; hinc ἰὸν ἀμειλ. „venenum, quod mitigari non poteſt," vt Pluto Il. IX, 158. ſic audit. (conf. Heſ. Theog. 659.), „immedicabile" immiſiſſe dicitur. κωλ. ἐλαφρ. κωλα, propr. „omnia corporis membra", inprimis autem illa ſic dicuntur, quae Latinis ſunt „crura vel lacerti;" tunc ſaepius de „cruribus pedibusque" vſurpatur; ſic Eurip. Phoen. 1169. cf. Küſter. ad Ariſtoph. Ran. 1400. ſic et το ἐλαφρ. proprie eſt „leuem reddere," tunc et „leuem eſſe," vt h. l. conf. Oppian. Cyneget. I, 85. Wolf. ad h. v. Nonn. Dionyſ. II, 314. XV, 259. citat.

APPENDIX.

I.

EURYDICE.

I.

EURYDICE.

Eurydicen Illyriam fuisse, Plutarchus, Hierapolitanam vero, ipsa in epigrammate subjuncto testatur. At, cum, plures extitisse hujus nominis foeminas, antiquitatis memoria prodat, 1) reliqua de ejus gente, aetate et vita haud facile poterunt definiri. Fuerunt quidem, qui nostram Philippi, Alexandri M. parentis, vxorem Audatam Illyriam, postea Eyridicen vocatam, fuisse contenderent, atque Cynnam, hujus filiam, artem bellandi liberos, matris exemplo, docuisse existimarent. 2) Hi vero, dum diui-

1) Virgil. Georg. IV, 453. Ouid. Metam. X, 31. 48. Hom. Odyss. III, 452. Liu. XLIV, 30. 32. Justin. XVI, 2. n. 4. XXX, 1. n. 7. Plautarch. in Demetr. p. 894. Cicer. de diuin. I, 20. Bayle in *Diction.* s. Eurydice et Menagius hist. phil. §. 15. qui nostram sententiam amplectitur.

2) Heumannus in Misc. Lips. Tom. IX. hoc probaturus prouocat ad Justin. IX, 8. n. 3. Athen. XIII. p.

nando rem conficere conantur, non minus audiendi erunt illis, 3) qui Plutarchum nobilem illam innuere et famosam Eurydicen, Arrhabaei, regis Illyrii, neptem, 4) detestandae libidinis et plurium parricidiorum ream, ex qua Amyntam, Macedonii regem, tres filios sustulisse, eique, in scelere deprehensae, propter communes liberos pepercisse scimus, 5) affirmant, idemque nobis persuadere student. Sufficiat in re tam obscura in Chaeronensis philosophi verbis acquiescere, qui, nostram Eurydicen aetate jam provectam ad literarum studia animum applicuisse, filios humanitatis elegantia imbuisse, atque tenerum in Musas et liberos amorem hoc, quod exhibuimus, epigrammate declarasse tradit, cum, quid de nostra vate, certis inducti argumentis, statuere debeamus, vix vnquam poterit ad liquidum perduci.

---

557. et Arrian. de reb. gest. Alex. M. L. I.

3) I. I. Heusinger in Conjecturis de Eurydice, editioni suae Plutarchi, vel quisquis auctor fuerit libelli, de educ. puer. pag. 187. sq. affixis.

4) Strabo Geogr. VII. p. 326. hoc narrat, sed num Irrha, filia Arrhabaei, Illyrio marito nupserit, nondum confectum.

5) Justin. VII, 4, n. 7. et cap. 5. n. 4. sq.

Musis amica Eurydice Pieridum choro anathema ponit, pietatis gratae et amoris materni monumentum. *)

Ευρυδίκη Ἱεραπολιῆτις τόνδ' ἀνέθηκε
Μούσαις, εὔϊστον ψυχῇ ἑλοῦσα πόθον.

---

*) Mentionem Eurydices injicit, et epigramma ejus affert Plutarchus de educ. moral. p. 14. Textum primus separatim exhibuit Wolfius ad Olear. diss. l. p. 161.

v. 1. τονδ'. Malim h. l. supplere στέφανον, vti in anathemate Sullae Appian. de bell. civil. I. p. 411. qui Veneri coronam dedicarat. Nam rebus dedicatis ipsis epigrammata inscripta, neque quid positum esset vberius declaratum esse supra ad Noss. II. jam monuimus. Minus placet ξυλον subintelligere cum Heumanno l. l. Lipsium diuae Mariae pennam argenteam consecrantem, sacra profanis scilicet miscendo, afferente; licet, Musis dedicasse scribas artis suae instrumenta, exempla non desint; vt Callimenis senio confecti in epigr. Philippi XVII. Anth. Jac. II. p. 200. et ejusd. ap. Paul. Silent. ep. LII. Anth. Jac. IV. p. 58.

v. 2. Μουσαις. Musae praesides erant artis musicae et carmina

Γράμματα γὰρ, μνημεῖα λόγων, μήτηρ γεγαυῖα

pangendi, atque literarum in vniuersum; omnem elegantiorem mentis ; animique cultum veteres grati iis debebant. Hinc nostra quoque pium gratumque iis profitetur animum.

ἐυϊςον, minime sollicitandum. Vox est optimi commatis, licet eam omiserint lexicographi, ἐυϊςος ποθος est *pulcra cupiditas adipiscendae scientiae, discendi studium.*" *Brunck.* Non enim audiendi, qui ἰςον rescribendum esse arbitrantur, cum tela et instrumenta textoria non Musis sed Minervae consecrari moris esset. conf. Arch. ep. XI. Anth. J. II. p. 82. Philipp. ep. XVIII. Ibid. p. 200. et Antip. Sidon. ep. XXVI. Ibid. p. 12. ψυχη — ποθον. Duplicem admittunt haec verba explicationem; αἱρειν ποθον enim potest esse „voti ac desiderii compotem esse", vt αἱρειν δικην, „vincere judicio, reum peragere" et αἱρειν την γραφην, „vincere accusando." Ita cogitanda esset Eurydice, filiorum institutione feliciter et ex voto peracta hoc Musis consecrasse donarium. Commode autem αἱρειν ποθον exprimitur etiam per „desiderio flagrare," quod ob additum ψυχη praetulerim, hoc sensu: „Eurydice flagrans discendi laudabili cupiditate hoc posuit Musis anathema." Ambigi potest inter vtrumque, cum sententia fere eodem redeat.

v. 3. γραμματα, „literae," quas tracta-

παίδων ἡβώντων, ἐξεπόνησε μαθεῖν.

---

tabant γραμματιστοι et γραμματικοι s. „grammatica," quae Cicero Orat. I, 42. posita esse censet in poëtarum pertractatione, historiarum cognitione, verborum interpretatione et pronuntiandi quodam sono. Differunt enim γραμματα et μαθηματα, quae sunt adultiorum, qui philosophorum scholas obibant, et consulto nostra vocem γραμματα delegisse videtur, cum in filiorum institutione operam collocasse (γραμματα διδασκειν) profiteatur.

μνημεια λογων. λογοι i. q. μαθηματα, „eae literarum partes, quas adultiores sub moderamine philosophorum exercebant," hinc ἐν λογοις ἐιναι, „philosophorum studiis operam dare." Appellat autem γραμματα μνημεια λογων ideo, quod γραμμασι via paratur ac munitur, quae ad μαθηματα ducit. — μνημειον, „quidquid memoriae causa struitur, monumentum quodcunque" deinde vero „locus secretior domus," in quo pretiosissima quaeque asservantur, h. l. „id quod aliquid praestans continet, et veluti recondit." Ita ego hunc locum intellexerim, si vero placet aliam verbis substituere sententiam, poteris γραμματα ita explicare, vt de literarum monumentis s. libris accipias, qui μνημεια λογων commode audiunt, et μανθανειν latinorum „discere" respondeat.

v. 4. ἡβαω, „pubesco, adolesco," de iis, qui a pueris ad juuenes transeunt, ἐκ παιδων ἐις ἡβην ὁρμασθαι. Xe-

noph. Mem. II, 1, 21. ἥβη enim tempus a vigesimo vsque ad quinquagesimum circiter aetatis annum comprehendebat.

Rarum genus versionis nostri epigram. exhibuit J. Fischartus, qui germanicam dedit Plutarchi praeceptorum conjugalium et commentarii de educ. puer. interpretationem in libro, hunc ferente in fronte indicem: *Das Philosophisch Ehezucht buchlein, Frankfurt* 1591. 8. „Omnia praeclara rara," ait Cicero; hinc versionis hujus cognoscendae voluptatem lectoribus haud inuidus surripiam, licet etiam per numeros asperos devoluatur.

Ihr Muse, ihr Kunstfoerderinn
Wisst mit was eyfferigem Sinn,
Ewer Kunstgneigt Eurydice
Burtig her von Hierapole,
Diss gegenwertigs euch verehret;
Weil ihr sie ihrs Wunsch habt geweret,
Dass ein alt Mutter vieler Jar
Vnd vieler kleiner Kinder zwar,
Zu lieb denselb, sie wohlzuziehen,
Anfing ihr alter zubemühen
Mit lehrnus, sinnung und ergrundung
Der schrifftgrund, kunst und lehrerfindung;
So nemt diss zum Danckzeichen an,
Die ihr mich die recht kunstlich ban
Hinzu weisen, dass ick es kan.

II.

HEDYLA.

II.

HEDYLA.

Hedyla 1) Attica, Ptolemaei Philadelphi tempore, nisi egregie fallor, in Moschinae matris, carminum laude celebris, honores successit, eosdemque Hedylo filio, quem ex errore Hedylogum appellat Athenaeus, 2) tradidit. Reliqua de nostra omnia plane obscura

1) Cf. de ea Olear. in diss. l. p. 161. n. 36.

2) Athen. VII. c. 12. p. 297. ibiq. Casaub. Hedylus num Atheniensis fuerit an Samius dubitat Athenaeus, matrem tamen Hedylae diserte appellat Atticam. Siciliam fuisse Hedyli patriam, ex Meleagr. I, 45. verbis colligit Fabricius Bibl. gr. Vol. IV. L. III. p. 476. ed. Harl. Reiskius vero in notit. poët. p. 212. (non vero in Miscell. Lips. Nou. Vol. IX. p. 460. vt Harlesio in Fabric. Bibl. gr. visum est) dissentit a Fabricio, nomen Σικελιδης ratus in Meleagri loco non ad Hedylum spectare, sed esse nomen per se positum, diuersumque Sicelidem ab Hedylo. Et recte quidem, cum Sicelidis mentionem iniiciat Theocr. VII, 40.

atque incerta. Hedylum 3) narrat Athenaeus carminibus prodidiſſe, Glaucum Scyllae deſiderio flagrantem et voto fruſtratum in mare ſe praecipitem dediſſe; aliter matrem in carmine, quod Scyllae nomen deberet, Glauci et Scyllae amores enarraſſe tradit, atque vnicum, ſed memoratu digniſſimum, quod reſtat, ejus fragmentum affert.

---

vbi Schol. Ασκληπιαδην φησι τον ἐπιγραμματογραφον, ὡς υἱον Σικελιδα. Idem etiam Reiskius in not. p. p. 212. ex Anth. Steph. pag. 521. ad carm. Hedyli VIII. Anth. Jac. I. p. 235. vbi Cteſibium mechanicum memorat, effecit, Hedylum aetate Ptolemaei Philadelphi vixiſſe. cf. Schneider Anal. crit. Faſc. I. in notit. poëtar. epigrammat. p. 9. Hinc noſtram quoque haud diu ante, vel eo ipſo tempore, quo filius, floruiſſe, probabile ſaltem redditur.

3) Hedyli reliquias inuenies in Anth. Jac. I. p. 233–236. Illud vero, quod reſpexit Athenaeus, carmen aetatem non tulit.

ΕΝ ΤΗΙ ΣΚΥΛΛΗΙ.

*Glaucus, Anthedonis et Alcyonis *) filius, caerulei maris deus, amore Scyllae, venustissimae Nymphae, exarserat; antrum ejus petit, atque conchas Erythraeas, et Alcyonum pullos ei dono offert. Nullis autem, quibus*

---

*) Hoc refert Athenaeus VII, 12. vbi nostrum ἀποσπασμα legitur. Alii alios memorant ejus parentes, eodem Athenaeo teste. Sunt etiam qui Anthedonium eum appellent, (Stat. Theb. IX, 328.) ab Athedone, vrbe Boeotiae, e regione Euboeae sita, vbi sedem fixerat. Vti in hac re omnia obscura, ita etiam, quaenam Alcyone fuerit ejus mater, haud facile poterit definiri, cum tres hujus nominis foeminae veteribus innotuerint. 1) Alcyone Atlantis et Plejones filia, Apollod. III, 10, 1. Schol. ad Iliad. XVIII, 488. 2) Alcyone Idae et Marpessae filia. Schol. ad Il. X, 558. 3) Aeoli et Aegiales filia, quae Ceyci Trachiniorum regi nupsit, quamque vna cum Ceyce marito in alcyonem mutatam esse narrat Hygin. 65. et Ouid. Met. XI, 410. sqq. Si quid certi in re incerta constituendum, Alcyonem vltimo loco memoratam, Glauci matrem dixerim, cum sic v. 2. nostrum fragmentum lucis aliquid nanciscatur.

amorem ejus ambit, precibus datur locus; Glaucum, ſpe miſere dejectum, reditum parantem, et triſtitia paene enecatum pontus excipit. Aetnam et Sirenum oram tangit, atque duram harum mentem ſuis lacrymis flectit.

In hac fabula enarranda verſatur fragmenti noſtri argumentum. Quod dum affert Athenaeus, Ἡδύλη, *inquit,* ἐν τῃ ἐπιγραφομενῃ Σκυλλῃ ἱϛορει, τον Γλαυκον ἐρασθεντα Σκυλλης ἐλθειν. αὐτης εἰς το ἀντρον. *)

---

*) Scylla Homero eſt Crataeidis filia, Odyſſ. XII, 124. (alii alias ipſi fuiſſe matres tradiderunt, conf. Virg. Cir. 66—72. et quae ibi Cel. Heyne monuit) monſtroſa forma terribilis et leonum rugitu mortales percellens. Latet ſub rupe concaua atque, petrae inhaerens pedibus, ſenis ſolummodo capitibus ſupra maris fluctus emergit, delphinos et alia monſtra marina venatur. Seriores poëtae monſtro horrendo et ingenti, canina capita et luporum vlulatum, alia, addidere, cf. Cel. Heyn. Excurſ. IV. ad. Bucol. Virg.) plures Scyllas commemorarunt, vel inuicem confuderunt. Scyllaeum ſaxum in extremis Italiae oris, nautis terribile, fabulae dediſſe originem, atque ab ipſa loci infamia, et fluctuum per rupium cauernas aeſtuantium rauco murmure, varias fluxiſſe fabulae muta-

Ἢ κόγχου δώρημα φέροντ᾽ Ἐρυθρᾶς ἀπὸ πέτρης
ἢ τὰς Ἀλκυόνων παῖδας ἔτ᾽ ἀπτερύγας.

---

tiones jam dudum obseruatum, nec est hujus loci, ea persequi vlterius. Vti vero in his, ita etiam in eo plurimi differunt, qui factum sit, vt Scylla monstrosam indueret formam. Alii Amphitrites medicaminibus id effectum, (Tzetz. ad Lycophr. XLV, 648. et Cel. Heyn. ad Virg. Cir. 72.) alii Circes, amore Glauci correptae, artibus metamorphosin terribilem illam peractam esse tradiderunt, (Ouid. Metam. XIV, 1—74.) Vulgarem hanc de Glauci et Scyllae amoribus narrationem nostra quoque secuta esse videtur, nisi quod Glaucum ipsum Scyllam adeuntem, nec Circes, saeuo inuidiae furore concitatae, opem implorantem sistat.

v. 1. Ερυθρας — πετρης, „a rupe Erythraeo," i. q. „Eoo, Indico." Virg. Aen. VIII, 686. Conchae et gemmae in littore maris Erythraei collectae antiquo orbi carissimae erant. cf. Tibull. III, 3, 17. II, 2, 15. IV, 2. 19. 20. et quae Cel. Heyn. ibi obseruauit. Possis quidem ἐρυθρος de „rubro vel fusco" rupis colore accipere, vt ἐρυθρα Μαρπησσος in fragm. Artemid. ap. Pausan. Phoc. X. pag. 826. sed hoc nolim.

v. 2. Αλκυονων — ἀπτερυγας, „alcyonum pullos implumes." Αλκυων, „canora auis," (Tymn. ep. II. Anth. Jac. I. p. 256.

τῇ νύμφῃ δυσπίςῳ ἀθύρματα.
Δάκρυ δ' ἐκείνε

Antip. Thess. XXXII. Anth. Jac. II. p. 104. Doruill. in Charit. p. 253.) παρα το ἐν ἀλι κύειν dicta, Etym. M. der Meereisvogel, maris placati et tranquilli praeco. Theocr. VII, 57.

χάλκυονες ςορεσευντι τα κυματα, ταν τε θαλασσαν,
τον τε νοτον.

Meleag. ep. CX, 17. hinc ἡμεραι Αλκυωνιδες, „Halcyonii dies," vocantur quatuordecim dies brumali tempore sereni, et cum maris quoque tranquillitate iuncti, quibus alcyones nidificant et pullos excludunt. cf. Scholiast. ad Theocr. VII, 57. Simonid. XV *b*, v. 5. Anth. Jac. I. pag. 62. Aristot. hist. an. V, 8. Plin. Hist. N. X, 32. et Bochart, qui veterum loca diligenter collegit in Hieroz. T. II. p. 219. Conchae autem et alcyones, quas muneris loco Scyllae offert, optime conueniunt Glauco deo marino et Scyllae nymphae marinae, nisi forte nostra, dum alcyones commemorat, praestantissimum quodque expressura, ad Alcyonem Glauci matrem respexit, vt, consanguineas veluti aves Glaucum tradidisse Scyllae suae, credas.

v. 3. τη — ἀθυρματα, „nymphae inexorabili lusus" s. „oblectamenta." δυσπιςος, quod Hesych. per δυσκολως πιςευων explicat,

καὶ Σειρὴν γείτων παρθένας οἰκτίσατο·

---

idem erit, quod δυσπειθης (cf. Anyt. XIV, 4. δυσπειθης Αιδης) sub qua voce Ammonius: ος δυσχερως παραδεχεται τον πιϛον λογον, atque recte per lat. „refragarius, pertinax," non vero per „fallax" (αβεβαιος vti idem Hesych.) cui fidem vix adhibeas, redditur. Egregie hoc vocabulo Scyllae refragariae, promissorum et amoris fidem atque dona spernentis ingenium exprimitur. Vides, vulgarem lectionem δυσπιϛῶ, quam Wolfius quoque cum Casaubono tuetur, cum de Scylla accipiatur, commodum fundere sensum; neque cum Jacobsio, qui nostrum fragmentum ad Callimachi epigr. XXXI. Commentario Vol. I. P. 2. p. 284. inseruit, atque, δυσπιϛος (quod sensu plane carere, lubenter ei largior) nescio quo in libro deprehendens, δυϛηνος legendum atque ad Glaucum referendum censet. Miserabilis quidem erat Glaucus, vt ait Jacobsius, cujus lacrymas vel Sirenes non sine misericordia audirent; sed vix ferri posse existimauerim, acutissimi viri emendationem, cum leges grammaticae totiusque fragmenti oeconomia grauiter obnitantur. Nisi enim egregie fallor, δυϛηνον potius, si ad Glaucum deflectenda erat oratio, fuisset scribendum, vt τω φεροντα rite responderet. Deinde vero quis, quaeso, tali ratione orationis seriem interrumpi, atque post longa verborum intervalla sermonem ad

αὐτὴν γὰρ κείνην ἀπενήχετο, καὶ τὰ
σύνεγγυς
Αἴτνης — — — — — —

Glaucum rursus converti, aequo animo ferat? — ἄθυρμα, „lusus puerilis, oblectamentum." Hesych. ἀθύρματα· παίγνια. cf. Anacr. LIII, 8. ibiq. Fischerus et Leonid. Alex. ep. XVIII, 3. A. J. II. p. 178. atque Odyss. XVIII, 322. δῶκ' δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ.

v. 4. Σειρὴν — παρθένος Odyss. XII, 39. sqq. et 166. sqq. vbi prae ceteris vid. Clark. coll. Virg. Aen. V, 864. Apollon. IV, 891. et Orph. Arg. 1268. sqq. Heyn. ad Virg. l. l. „Non longe a Capreis in Praestano sinu tres sunt Sirenum petrae (νῆσοι Σειρηνοῦσαι) aduersus promontorium Surrentinum fluctuum allisione et naufragio olim infames." Hinc non solum, qua ratione fabula de Sirenibus orta fuerit, et exculta intelligitur, sed etiam, cur Siren appelletur γείτων, „vicina," Scyllaeo saxo in mare Siculum prominenti, atque τὰ σύνεγγυς Αἴτνης in sqq. commemorentur, facile apparet, cum inprimis verba sqq.

v. 5. αὐτὴν — ἀπενήχετο rem totam magis illustrent. Glaucus, parans reditus, Sirenum scopulos et reliquas regiones Aetnae vicinas natando praeterlabitur. Sub finem, libere profiteor, non satis mihi placuisse Jacobsii mutationem, qui l. l. pro κείνην ἀπενήχετο, vt Σικελὴν παρενήχετο legamus, auctor est; cum Hedylae non tam geographi, quam poetae potius partes demandare mallem.

III.

I R E N E.

III.

IRENE.

Irene, τα Ειρηνης ἐργα commiſſa ſibi rata, carminum ſplendorem penitus extingui et ſui memoriam ſpiſſa obliuionis nocte, premi maluit, quam, Eridos malo in grammaticorum et criticorum cohortem projecto, ſaeuas partium pugnas ciere, et diſcordiarum horrida bella excitare.

Εἰς Ἀΐδην. *)

Manes altum premit ſilentium; Orcum aeterna nox vrget.

*) „Ειρηνη poëtriae adſcribuntur in Collectione Gnomicorum a Matthaeo Aurigallo e Mſto codice deſcripta, et cum Callimachi hymnis gr. Baſ. 1532. 4. edita (pag. 157.) verſus duo hexametri, qui in Stobaei Florilegio Grotiano pag. 486. Incerti et in ed. Stobaei Geneuenſi Serm. CXVII. p. 599. 20. „Simonidis eſſe dicuntur." Wolf. ad Olear. p. 163.

Τῦτό κεν εἰς Ἀΐδαν, κενεὰ διανή-
χεται ἀχώ,
σιγᾷ δ' ἐν νεκύεσσι· τὸ δὲ σκότος
ὄσσε κατέῤῥει.

---

v. 1. κενεα — αχω. Verbum διανηχεσθαι, „natando transire," non „transeundi" solum, sed „flumina infera trajiciendi" notionem inuoluere videtur. Sonus inanis et vacuus ad lurida et lente labentia Orci fluenta permeat, perit, nunquam inde rediturus. cf. „domos Ditis vacuas, et inania regna". Virg. Aen. VI. 269. et Anacr. Od. LVI, 11. 12.

και γαρ ετοιμον
καταβαντι μη 'ναβηναι.

v. 2. σιγᾳ — νεκυεσσι Virgil. Aen. VI, 386. tacitum nemus; vmbrarum locus est. Virg. l. l. v. 390. το δε κατεῤῥει, „caligo oculis offunditur." Maro Orcum appellat „profundam noctem" Aen. VI, 462. et alibi

— in aeternam clauduntur lumina noctem.

Aen. X, 746. vide supra ad Anyt. XVIII. 3. Hug. Grotius latina interpretatione hos Irenae hexametros nitide ita expressit:

Infernas ad Ditis aquas vox transit inanis;
Triste silent vmbrae; caligant lumina nocte.

IV.

T H E O S E B I A.

IV.

THEOSEBIA.

Theoſebia *) vixit, cecinit, floruit; reliqua neſcimus.

---

*) Ob vnum, quod reſtat, ejus epigramma in Ablabium a Gyraldo de hiſtor. poët. Dial. III. p. 170. et Tiraquello in Leg. Connub. XI. p. 193. a. inter poëtrias eſt relata, nec vltimum quae teneat locum digna. —

ΕΙΣ ΙΑΤΡΟΥΣ. *)

Tristis Acestorie, Hippocrate et Galeno fato defunctis, moerore et aegritudine depressa eorum obitum defleuerat. Ablabio mortuo, nouus cordi dolor inhaeret, et hujus quoque vrget lacrymis sepulcrum. Lusus elegans et maxime festiuus, quo Ablabium medicum fuisse celeberrimum egregie declaratur.

Εἶδεν Ἀκεστορίη τρίας πένθεα· κείρατο χαίτην
πρῶτον ἐφ' Ἱπποκράτει, καὶ δεύτερον ἀμφὶ Γαληνῷ·

---

*) Legitur hoc epigr. in Planud. p. 240.

v. 1. Ἀκεστορίη, „ars medica" (*Apollon.* Argon. II, 512.) pereleganter a Theosebia in virginem mutatur, quae trium alumnorum ejus animo carissimorum e vita discessum tenera mente deflet.

κείρατο χαίτην. κείρειν, „tondere," verbum de capillis deponendis proprium. cf. Iliad. XXIII, 141. et supra ad Sapph. XVIII. vbi luctus et tristitiae hoc signum fuisse pluribus veterum locis demonstrauimus.

v. 2. Ἱπποκράτει. Hippocrates in insula Co natus esse dicitur Ol. LXXX, 1. teste Platone, aliisque. Socrati et Platoni fuit coaeuus, illo aetate

Εἶδεν Ἀκεστορίη τρία πένθεα· κείρατο χαίτην
πρῶτον ἐφ' Ἱπποκράτει καὶ δεύτερον ἀμφὶ Γαληνῷ·

---

paulo inferior, hoc superior. Hinc bello Peloponnesiaco durante vixit, vitamque vsque ad Philippi Macedonum regis tempora produxit cf. Fabric. Bibl. gr. Vol. II. L. II. p. 506.

Γαληνῷ. Galenus Pergami in Asia, anno p. C. n. CXXXI. Hadriani imperatoris XIV. vel XV. natus. conf. Fabric. Bibl. gr. Vol. V. L. IV. p. 377.

v. 3. Ἀβλαβιε. Ablabium, Rauennae educatum, celebrem fuisse medicum hoc in eum epigramma testatur. Gothorum res scriptis suis exposuisse et Gothica posteris reliquisse Brodaeus ad h. l. refert, reliqua vitae ejus momenta ignoramus.

. γοερῷ — κειται, „vrget sepulcrum," *Propert.* IV. 11, 1. γοερον σημα, lugubre σημα, non de tumulo e terra aggesto (Anyt. XIX, 2) intellexerim, sed de „signo tumulo imposito," ad quod (περι) Acestorie humi prostrata, lacrymis et tristitiae dolore resoluta jacet. Hinc ad tumulum defuncti procumbere et fata conqueri muto cum cinere (*Tibull.* II, 6. 31-34. vbi vid. Broukh. et Vulp.) Graecis non minus quam Orientalibus (cf. Ibni Zaiati distichon tenerrimos in puellam tristi fato abreptam spirans sensus, quod ap. Ionnes. de poësi Asiat. p. 258. ed. Lips. legitur) in vsu fuisse, et primariam

καὶ νῦν Ἀβλαβὶς γοερῷ περὶ σήματι κεῖται,
αἰδομένη μετ' ἐκεῖνον ἐν ἀνθρώποισι φανῆναι.

---

luctus constituisse partem intelligitur.

v. 4. αἰδομενη — φανηναι. — αἰδεισθαι differre a δειδειν docet locus Hom. Il. VII, 93.

αἰδεσθεν μεν ἀνηνασθαι, δεισαν δ' ὑποδεχθαι.

illud enim de metu e sensu morali suborto (*Furcht des moralischen Gefühls*) hoc de terrore et tremore rebus externis concitato (*physische Furcht und Schrecken*) vsurpatur. Hinc αἰδουμενος a Xenophonte Cyrop. VIII, 1, 31. recte explicatur, per τα ἐν φανερῳ αἰσχρα φευγων. Tenerrimos spirant haec verba Acestoriae in Ablabium sensus, dum dulci amico viuis erepto superis morari in regionibus nefas ducit. Eundem in Maecenatem suum prodit amorem Venusinus vates Od. II, 17, 5—12.

Ah! te meae si partem animae rapit
Maturior vis, quid moror altera,
Ne carus aeque, nec superstes
Integer? Ille dies vtramque
Ducet ruinam: non ego perfidum
Dixi sacramentum: ibimus, ibimus,
Vtcunque praecedes, supremum
Carpere iter comites parati.



INDICES.

I.

INDEX ALPHABETICUS,

INITIA CARMINUM ET FRAGMENTORUM EXHIBENS.

Romanus numerus poëtriae cujuslibet carmen, Arabicus nostrae editionis paginam designat.


BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE
LYON
1892

II.

LECTORI.

Monendus es, non omnes in ſequenti Conſpectu nos attuliſſe libros, quibus ea, quae exhibuimus, carmina continentur, ſed praeter Aldinam Anthologiae Planudeae editionem ſecundam eos ſolummodo delegiſſe, quibus vel primum publici iuris facta, vel diligentius ac copioſius explicata ſunt, praetermiſſis etiam recentiorum quorundam Anthologiis et Collectionibus, quibus nonnulla vatum noſtrarum carmina inſerta, notisque illuſtrata reperiuntur.

Litterarum, quae ſingulis tabulae ordinibus praefixae ſunt, haec eſt ratio, vt indicentur

per: A. N. *Auctorum nomina.*

— E. N. *Editio nostra et carminum, quem seruauimus, ordo.*

— C. J. *Carminum et Fragmentorum initia.*

— A. A. *Anthologiae Planudeae editio Aldina II. siue: Florilegium diuersorum Epigrammatum in septem libros. Sollerti nuper repurgatum cura. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae soceri, mense Ianuario* cIↃ IↃ XXI. 8.

— U. C. *Carmina Nouem illustrium Feminarum et Lyricorum ex Bibliotheca Fuluii Vrsini. Antwerpiae, ex officina Christoph. Plantini* cIↃ IↃ LXVIII. 8.

— W. I. *Sapphus, poëtriae Lesbiae Fragmenta et Elogia, quotquot in Autoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum docto-*

rum notis integris cura et studio. Jo. Chr. Wolfii. Hamburg. cIↄIↄccxxxIII. 4.

per: *W. H. Poëtriarum Octo, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis, Anytae, Fragmenta et Elogia, graece et latine, cum virorum doctorum notis; accedit Gottfr. Olearii diss. de poëtriis Graecis, cura et studio Jo. Chr. Wolfii. Hamburg.* cIↄIↄccxxxIV. 4.

— *A. R. Anthologiae Graecae, a Constantino Cephala conditae libri tres, duo nunc primum tertius post Jensium iterum editi, cum latina interpretatione, commentariis et notitia poëtarum, (a. I. I. Reiske.) Lipsiae,* cIↄIↄLIV. 8.

— *A. B. Analecta veterum poëtarum Graecorum. edid. R. Fr. Phil. Brunck. III. Vol. Argentorati.* cIↄIↄCCLXXVI. 8.

per: *A. J.* *Anthologia Graeca, siue Poëtarum Graecorum lusus, ex recens. Brunck. indices et commentarium adiecit Friedericus Iacobs. Lipsiae* cIↄ Iↄ ccxciv. 8.



IM,

tor nomina digestus, libris
ng exhibentur.

libArabicus paginam, et cui literam n. praefixam

V.	A. R.	A. B.	A. I.
—	—	I. 54. n. 1.	—
—	—	— 55. n. 5.	—
—	—	— 56. n. 7.	—
—	—	—	—
—	—	— 57. n. 8.	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	— 56. n. 6.	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	— 57. n. 11.	—
—	—	— 57. n. 9.	—
—	—	—	—
—	52. n. 515.	— 55 n. 2.	I. 49. n. 1.
—	—	— 55. n. 3.	— 50. n. 2.

*) Legitur in Miscell. Lips. Nou. T. IX. Lipsiae
Lipsiensi edidit.

Eurydice.	—	Ευρυδικη Ιεραπ.	—
Hedyla.	—	Η κογχȣ δωρ.	—
Irene.	—	Τȣτο κεν ἐις Α.	—
Theosebia.	—	Ειδεν Ακετ.	138.



I.

INDEX ALPHABETICUS,

INITIA CARMINUM ET FRAGMENTORUM EXHIBENS.

Romanus numerus poëtriae cujuslibet carmen, Arabicus nostrae editionis paginam designat.


BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE
LYON
1892

II.

LECTORI.

Monendus es, non omnes in ſequenti Conſpectu nos attuliſſe libros, quibus ea, quae exhibuimus, carmina continentur, ſed praeter Aldinam Anthologiae Planudeae editionem ſecundam eos ſolummodo delegiſſe, quibus vel primum publici iuris facta, vel diligentius ac copioſius explicata ſunt, praetermiſſis etiam recentiorum quorundam Anthologiis et Collectionibus, quibus nonnulla vatum noſtrarum carmina inſerta, notisque illuſtrata reperiuntur.

Litterarum, quae ſingulis tabulae ordinibus praefixae ſunt, haec eſt ratio, vt indicentur

per: *A. N. Auctorum nomina.*

— *E. N. Editio noſtra et carminum, quem ſeruauimus, ordo.*

— *C. J. Carminum et Fragmentorum initia.*

— *A. A. Anthologiae Planudeae editio Aldina II. ſiue: Florilegium diuerſorum Epigrammatum in ſeptem libros. Sollerti nuper repurgatum cura. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae ſoceri, menſe Ianuario* cIↃ IↃ XXI. 8.

— *U. C. Carmina Nouem illuſtrium Feminarum et Lyricorum ex Bibliotheca Fuluii Vrſini. Antwerpiae, ex officina Chriſtoph. Plantini* cIↃ IↃ LXVIII. 8.

— *W. I. Sapphus, poëtriae Lesbiae Fragmenta et Elogia, quotquot in Autoribus antiquis graecis et latinis reperiuntur, cum virorum docto-*

rum notis integris cura et studio. Jo. Chr. Wolfii. Hamburg. cIↃIↃCCXXXIII. 4.

per: *W. H. Poëtriarum Octo, Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Telesillae, Praxillae, Nossidis, Anytae, Fragmenta et Elogia, graece et latine, cum virorum doctorum notis; accedit Gottfr. Olearii diss. de poëtriis Graecis, cura et studio Jo. Chr. Wolfii. Hamburg.* cIↃIↃCCXXXIV. 4.

— *A. R. Anthologiae Graecae, a Constantino Cephala conditae libri tres, duo nunc primum tertius post Jensium iterum editi, cum latina interpretatione, commentariis et notitia poëtarum, (a. I. I. Reiske.) Lipsiae,* cIↃIↃLIV. 8.

— *A. B. Analecta veterum poëtarum Graecorum. edid. R. Fr. Phil. Brunck. III. Vol. Argentorati.* cIↃIↃCCLXXVI. 8.

per: *A. J.* *Anthologia Graeca, ſiue Poëtarum Graecorum luſus, ex recenſ. Brunck. indices et commentarium adiecit Friedericus Iacobs. Lipſiae* cIↃ IↃ CCXCIV. 8.



IIM,

tor nomina digestus, libris
ing exhibentur.

libArabicus paginam, et cui literam n. *praefixam*

V.	A. R.	A. B.	A. I.
—	—	I. 54. n. 1.	—
—	—	— 55. n. 5.	—
—	—	— 56. n. 7.	—
—	—	—	—
—	—	— 57. n. 8.	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	— 56. n. 6.	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	—	—
—	—	— 57. n. 11.	—
—	—	— 57. n. 9.	—
—	—	—	—
—	52. n. 515.	— 55 n. 2.	I. 49. n. 1.
—	—	— 55. n. 3.	— 50. n. 2.

*) Legitur in Miscell. Lips. Nou. T. IX. Lipsiae Lipsiensi edidit.

Theosebia.	—	Εἰδεν Ἀλεξ.	138.
Irene.	—	Τετο κεν εἰς A.	—
Hedyla.	—	Η κογχη ...	—
Eurydice.	—	Ευρυδικη Ιερατ.	—



A. B.	A. I.
— 194. n. 1.	— 127. n. 1.
— 194. n. 2.	— 127. n. 2.
— 194. n. 3.	— 128. n. 3.
— 194. n. 4.	— 128. n. 4.
— 195. n. 5.	— 128. n. 5.
— 195. n. 6.	— 128. n. 6.
— 195. n. 7.	— 128. n. 7.
— 195. n. 8.	— 129. n. 8.
— 195. n. 9.	— 129. n. 9.
— 196. n. 10.	— 129. n. 10.
— 196. n. 11.	— 129. n. 11.
— 196. n. 12.	— 129. n. 12.
— 202. n. 3.	— 135. n. 3.
— 202. n. 2.	— 135. n. 2.
— 202 n. 1.	— 135 n. 1.
. 197. n. 1.	I. 130. n. 1.
— 197. n. 2.	— 130. n. 2.
— 197. n. 3.	— 130. n. 3.
— 197. n. 4.	— 130. n. 4.
— 198. n. 5.	— 131. n. 5.
— 198. n. 6.	— 131. n. 6.
— 198. n. 7.	— 131. n. 7.
— 198. n. 8.	— 131. n. 8.
— 198. n. 9.	— 131. n. 9.
— 199. n. 10.	— 132. n. 10.
— 199. n. 11.	— 132. n. 11.
— 199. n. 12.	— 132. n. 12.
— 199. n. 13.	— 132. n. 13.
— 200. n. 14.	— 133. n. 14.
— 200. n. 15.	— 133. n. 15.
— 200. n. 16.	— 133. n. 16.
— 200. n. 17.	— 133. n. 17.
— 200. n. 18.	— 133. n. 18.
— 201. n. 19.	— 134. n. 19.
— 201. n. 21.	— 134. n. 21.
1. n. 22.	— 134. n. 22.
n. 23.	— 134. n. 23.

III.

INDEX VERBORVM.

Romanus numerus carmen, Arabicus versum designat.



Z

E.

Z.

N.

Ξ

O.


BIBLIOTHEQUE DE LA VILLE
LYON
1892

Corrigenda.

Exemplaribus quibusdam addenda ſunt haec verba ad pag. 64. XVI. *).

*) *Legitur hoc epigramma in Cod. Vat. p.* 193. *Primus ex Anth. ined. promulgauit Bentlejus in Notis ad Callimachum fragm. n.* 417. *T. I. p.* 566 *ed. Ern.*

Pag. 24. inf. leg. *texta* ſ. *textum* pro *textu.*

SCHLEUSINGAE

EXCUDEBAT C. G. HOFFMANN.

